

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium Rhetoricum

Norimbergae, 1699

Liber II

urn:nbn:de:bsz:31-105401



LIBER II.

CAPVT I.

De Inventione generatim.

*Qua in re ponitur Officium
Inventionis?*

IN investigatione Argumentorum
probando & amplificando thema-
ti aptorum.

*Quotuplicia sunt ejusmodi
Argumenta?*

Triplicia: Probantia, Concilian-
tia & Commoventia. *Probantia* vo-
cantur, quia quæstionem proposi-
tam probant, eiqve fidem faciunt;
Conciliantia dicuntur, quia Orator
iis gratiam & benevolentiam audi-
torum sibi conciliat; *Commoventia*,
quia Orator iis in auditorum animis
affectus

m.



e-

m

orum
nema-

odi

cilian-
tia vo-
pofifi-
ciunt;
Orator
a audi-
entia,
animis
ffectus

De Inu

affectus vel
ribus dicuntur
Mores, & I
adhibentur
Quaestiones
Oratorem
res.

Quomo

In Co
sunt Rhe
mia; haec
pro diue
diversa.

Vnde

Ex Loc
cis. (r)

Locus Cl
cilium arg

(f) Hinc Ve
cebant T
quomian

affectus vel movet, vel sedat. Veteribus dicuntur λόγοι, Rationes, ἠθῆν Mores, & πάθη Affectus. Rationes adhibentur propter Thema sive Quaestionem ipsam, Mores propter Oratorem, Affectus propter Auditores.

Quomodo dividuntur Argumenta Probantia?

In Communia & Propria. Illa sunt Rhetoricæ & Logicæ communia; hæc Rhetoricæ propria, eaqve pro diversis Causarum Generibus diversa.

Vnde petuntur Argumenta Communia?

Ex Locis Dialecticis sive Topicis. (1)

Locus Ciceroni est sedes & domicilium argumenti. (1)

(2) Hinc Veteres post Grammaticam docebant Topicam, dein Rhetoricam; quoniam notitiam Locorum Topicorum

rum Orator præsupponit, inqve horum usu tantum & applicatione occupatur.

- (1) Quemadmodum venator, piscator, auceps, certos quosdam ac definitos Locos habere solent, in quibus plerumq; id, quod quærunt, inveniunt; sic & Orator certos quosdam Locos habeat oportet, e quibus, veluti lateribus, argumenta themati suo idonea deducantur.

Quinam sunt Loci illi Topici?

Locus Definitionis, Totius & Partium, Generis, Speciei &c. Quorum alii dicuntur Interni seu Insiti, alii Externi seu Assumpti.

Quomodo differunt Loci Interni ab Externis?

Interni seu Insiti suppeditant argumenta ex rei ipsius, de qua sermo est, natura petita, quæque adeo Rei quodammodo inhaerent, insunt aut adsunt. Huc pertinent Loci *Etymologia, Definitionis, Enumerationis Partium,*

ve ho-
ne oc-

scator,
finitos
us ple-
niunt;
Locos
i late-
donea

ici?
& Par-
orum
i, alii

terna

nt at-
fermo
eo Rei
nt aut
ymolo-
is Par-
tium,

De In

tiam, Gen

serum, Eff

Extern

suppedita

sumra: e.

pla, Test

Rem, de

de peti d

[A non

rum,

lia &

ab C

Har

sed t

ctia

Loc

in G

dum

Loco

rus facili

te Tabula

unde Arg

Oratorias

promi pol

T A

ad Inven

tium, Generis & Speciei, item Causarum, Effectorum & Adjutorum.

Externi seu Assumpti argumenta suppeditant extra rem aliunde assumpta: c. g. Opposita, Similia, Exempla, Testimonia, Leges, sunt extra Rem, de qua peroras, atque aliunde peti debent.

[A nonnullis etiam ratione Locorum illorum, Argumenta dividuntur in *Artificialia & Inartificialia*. Illa sic dicuntur, quia ab Oratoris arte & ingenio inveniuntur. Hæc, quia non quidem parit ars Oratoris, sed tamen foris ad se delata, arte pertrahat. Talia sunt argumenta imprimis è Locis *Testimoniorum* ac *Legum* petita; & in Genere *Judiciali*, *Rumores*, *Jusjurandum*, *Tormenta*.]

Locorum Topicorum Ordo & Numerus facilius ac plenius elucescet ex sequente Tabula octo quasi arculas exhibente; unde Argumenta varia, varias *Quæstiones* Oratorias confirmantia & illustrantia, depromi possunt.

TABVLA LOCORVM
TOPICORVM.

ad Inventionem Oratoriam accommodatorum.

Loci

1. QUID?

Eymologia.

Definitio.

Enumeratio Partium.

Genus.

Species.

Loci *Interni* five *Insiti*:

2. PER QVAE? viduas; 3. EFFECTA; 4. ADJUNCTA QVE poscas!

{ Efficiens.

{ Materialis.

{ Formalis.

{ Finalis.

Attributa, Affectiones & Circumstantiae, Quid?

Quid? Vbi? &c.

Antecedentia.

Consequentia.

Loci *Externi* five *Assumti*.

5. CONTRA, 6. PAR,

Opposita & Similitudines.

Repugnantia. Comparationes.

Emblemata

(Symbola

Hieroglyphica)

Exempla.

7. TESTES

Testimonia Divina,

& Humana.

Apophthegmata,

8. LEGVMq; EDICTA requiras!

Leges

Ritus, five Consecutiones.

7.

I. OVIDI

Loci *inscripti* sive *Insisti*;

...
...
...

De h

Exp

Loci

A

Orator

omnia co

loquend

Definitio

Esto

Hic

Locus Et

interp

Orato

à Cass

fram,

[Hic

jugato

quam

ubique

puer

Locus De

Temp

Explicatio Tabulæ.

Loci Interni sive Insiti:

Arcula I. QUID?

Orator, proposito themate, ante omnia consideret. *Quid* Res (de qua loquendum) sit ratione Nominis, Definitionis, &c.

Esto Thema: **CASTITATI
STVDENDVM.**

Hic se offert:

Locus *Etyologiae* sive *Notationis*, ex vi & interpretatione: Nominis argumentum. Oratorium suppedians: Castitas dicitur à *Castigando*. E. *Castigemus* carnem nostram, & *castigate* studeamus disciplinæ.

[Huic Loco jungitur quandoque Locus *Conjugatorum*. Cujus ope dicere possum: *Æquum* est, ut *castam* agamus vitam, *casto* ubique nos geramus, nil nisi *castum* ac *pudicum* meditemur.]

Locus *Definitionis*. Quid est Castitas?
Æ. Temperantia in Venere modum servans.
Vel

Vel Descriptio Oratoria: *Est decus vita,
lux honestatis, cœlestis elegantie fons, An-
gelorum gaudium &c.*

Locus Enumerationis Partium; cum Totum
in suas Partes distribuitur. *Hic vel Casti-
tatem, ut pulcherrimam Virginem descri-
bere possum, secundam frontem, oculo-
s, genas, os, collum, brachia,
manus &c. ejusq; amorem in auditorum
lectorumve animis accendere. Vel dicatur:
Verus Castitatis cultor avertit oculos ab
obscœnis picturis, mimorumq; spectaculis,
occludit aures ad Sirenium cantus, ore
non evomit verba prætextata, manus con-
tinet a pestiferis libellis & tactu illicito &c.*

Locus Generis. In hoc, cum in Definitione
Genere proximo (Temperantia) usi fue-
rimus, sermo fiat de Genere remoto,
(quod est Virtus) ac dicatur: *Virtutum
chorus pulcherrimus ac ordinatissimus est;
Castitas verò si absit, plurimum splendori
atq; ordini ejus decedit. Studeamus Vir-
tuti huic, ut vivamus non in vita solum,
sed & post vitam. Perit voluptas; Vir-
tus immortalis est. Vivit post funera
Virtus.*

Locus

in vite,
m, Au-

Totum
el Casti-
a descri-
occi-
ac his,
torum
catur e
los ab
tatali,
ore
con-
ro &c.
nitione
asi fue-
remoto,
tutum
us est;
blendovi
u Vir-
solam,
is; Vir-
funera
Locus

De In

Locus Speciei
ginalem
lem, uti
Castriater
cui iure
litatem
matrou
atatum

Arcu

Postq
est Qu
ferendum
sive, Pe
natura
per Lo

Causa
ducit.

Deo,
rum jo
ad illo
tes &
Arina
citatio
pura &

Locus Speciei. Hic laudabis Castitatem Virginealem, Conjugalem & Viduaalem, uti loquuntur Ethici. Vel dicas, Castitatem esse mundum virginum, decus juvenum, insigne nobilium, nobilitatem ignobilium, gloriam senum, matronarum honorem, hominum & etatum omnium ornamentum.

Arcula II. PER QVÆ?

Postquam Orator contemplatus est *Quid* res sit, de qua ipsi est differendum, porro videat, *Vnde* sit, five, *Per qua* illa consistat, & in sua natura talis sit? Idque fieri potest per Locum Causarum; ubi occurrit

Causa Efficiens, quæ rem efficit seu producit. Hic dicas: Castitatis donum à Deo, uti bonorum omnium, ita & Virtutum fonte, provenire; idq; aded precibus ab illo petendum. Causæ item Efficientes & Conservantes Castitatem sunt *Doctrina ac Lectio librorum sacrorum, Exercitatio, & Abstinencia à nimio cibo & potu &c.*

Mate-

Materialis, ex qua res est; ut *ex marmore* fit statua: vel circa quam versatur, ut *Castitas* versatur circa *gestus*, *adspetus*, *sermones*, *congressus* & *actus* *Venericos*.

Formalis Causa, sive Forma, per quam res est id, quod est, & ab aliis discriminatur: quæ in Loco Definitionis plerumque jam occurrit. Hic tamen ex abundantia addere poteris, *Quod Castitas a reliquis Temperantia speciebus distingvatur in eo, quod modum servet in Venere*, hujusque usum etiam licitum in Conjugio modicum & parcum esse velit. Huc itaque referas præcepta illa: *Ne quid nimis!* Est modus in rebus, sunt certi denique finis, quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Finalis Causa, cujus gratia aliquid fit. Ita *Castitatis* finis est hac in vita *Honestas*, *famaque integritas*; in altera *sempiterna cum Christo*, *agnos immaculato*, *conjunctio*, *gloria* & *beatitas*.

Arcula III EFFECTA.

A Causis progredimur ad *Effecta*, quæ à Causis pendent. Quid efficit *Castitas*?

By. Ra-

70.

harmo-
erlatur,
ad spe-
actus

vam res
rimina-
erumq;
undan-
a reli-
atur in
enere,
ugio mo-
c itaque
nis. Est
q; finis,
rectum.
fit. Ita
nessas,
sempi-
machu-
catitas.

A.
que à
Caltitas?
D. Ra-

parēs sancti; angelis

De Inven

a. Rationi
um mentis co
ni reddit, (s
/pra horum
get enim fi
in carne id

Arcula

Attributa &
dipale cy
flum, la
Circumfi
(Quis?)
tis; (Vbi
erit & pro
do?) pr
do?) se
in civili

Antecedent
ritia quia
bona educ
ta, fuga
otii; tun
valetudo,
mors placid
tig, mentis

R. Rationi nostra lumen praefert, sanitatem mentis corporiq; servat; Deo nos gratos reddit, sanctiq; Angelis similes: imo supra horum conditionem nos exehit; Angeli enim sine carne vivunt; homines casti in carne ισαγγελος triumphant.

cti; magis
Arcula IV. AD JVNCTA.

Attributa & Affectiones. Castitatis studium difficile quidem est, sed pulchrum, honestum, laudabile, jucunditatis plenum &c.
Circumstantia. Hoc ergo sectemur (Quis?) ut Christiani, à Christo sic edocti; (Vbi?) in locis publicis & secretis, sacris & profanis, domi & foris; (Quomodo?) prudenter, verè non fidele; (Quando?) semper, tam noctu quam interdiu, in virili etate ac senio.

Antecedentia & Consequentia. Ac in pueritia quidem & juventute, si praecesserit bona educatio tum domestica tum scholastica, fuga peavorum sadaliam, mulierum, otii; tunc certò consequentur commoda valetudo, vita longa, fama prospera, mors placida, & eternum cum castis beatiq; mentibus commercium.

B

Loci

*Loci Externi seu Assumpti.**Arcula V. CONTRA.*

Opposita. Hic copiose differere poteris de opposita Castitati *Libidine & Impudicitia*: quam haec exitialis sit humani generis pestis & Pandora pyxis, e qua evolant atq; emanant vitrea valetudo, morborum lues, supra, adulteria, fama naufragium, supplicia hujus vitae gravissima & illius sempiterna.

Arcula VI. PAR.

Similitudines. Conferatur Castitas inter flores cum *Lilio*, inter metalla cum *Argento*.

Comparatio instituatur inter *Fortitudinem & Castitatem*; illa hostes externos saepe superabiles, haec hostem omnium ferocissimum ac potentissimum, carnem nostram, domat.

Emblema Castitatis esse potest *Rosa spinis septa*: Istanc enim Virtutem tuetur ac munit asperitas vitae.

Hieroglyphicum Apes, quas libido non progenerat. Hinc de illis *Quintilianus Declam. I 3: Absit inimica virtutum Voluptas castis*

tim.

umti.

RA.

poteris de
Impudi-
dum an ge-
e qua evo-
do, mor-
ama nau-
visima &

R.

inter flores
Argento.
tudinem &
rmos sape
um ferocis-
nem no-

Rosa spinis
erit ac mi-

non prog-
iliatus De-
um Voluptas
castis

Engel des Balthus.

ἀπορρέγοντες
εὐλογίαν

casti
anim
paris
Exemp
lope

Tesim

Con

est

i. T

Cast

Apoph

cur

via

cap

les

A

Leges

beris

lelli

mu

pus

ob/c

castis sine labe corporibus; & sola omnium animalium non edunt fœtus, sed faciunt; purissimog; ac florulento rore adoleſcunt.
Exempla: Joseph, Susanna, Maria, Penelope &c.

Arcula VII. TESTES.

Testimonia: Fructus Spiritus sunt Modestia, Continentia, Castitas. Gal. V. 22. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra &c. 1. Theſt. IV. 3. 4. Jungatur illud Poëtæ: Casta Deus mens est &c.

Apophthegma Liviæ Vxoris Augusti. Hæc, cum nudos quosdam juvenes, qui sibi obviam facti erant, eamq; ob turpitudinem capite damnabantur, vidisset, dixit: Tales matronis castis nihil a statu differre.

Arcula VIII. LEGVM EDICTA.

Leges. Lex Divina Moralis: Non mœcha-beris! Lex vetus Perfârûm: Adulteria & lecti genialis injurias ne tolerato! Lex Romuli: Ne quis ad conspectum mulieris corpus nudet; aut coram castis auribus verba obscœna proferat!

Ritus. In castris Romanorum acerrima Casti-
tatis cura fuit, tanquam firmissimi discipli-
nae militaris vinculi. Inde miles ille Ma-
rianus apud Quintilianum inquit: *Me-*
retrices ab exercitu submoventur; intrare
castra nostra feminis non licet. Vid. Demp-
steri Paralipom. ad cap. 12. Lib. X. An-
tiqv. Rom. Rosini. Ac Turcae promiscui
sexus lavacra non tantum averfantur; sed
si quis eo loco, ubi femina lavat, conspectus
fuerit, mortis poenam illi insigunt. Vxo-
res quoque in publico conspici facie aperta, aut
cum viro alieno loqui, nefas existimant.

Ecce, quam amplum atque pa-
tentem dicendi campum Loci hi To-
pici aperiant Oratori. Conf. Jac. Ma-
senium in Palaestr. Orator. Lib. I. cap.
2. 3. 4. & Cl. Weisium in Polit. Ne-
ner Part. I. cap. 6.

[Notandum hic, non semper, nec omnibus in-
thematibus, ex cunctis hisce Locis argume-
ta sumenda esse: neque etiam sterilitas the-
matum quorundam hoc admittit. Verum
id agendum Cicero Oratorem monet, quod
Dialecticum Socrates, ut in perpetuo quasi
venatu versetur. Itaque iudicium & delectus
adhibeatur, ut levia, communia, non ne-
cessaria

im.

ima Casti-
ni discipli-
ille Ma-
nt: Me-
; intrave
d. Demp-
X. An-
promiscui
tur; sed
onspetus
Vxores
rta, aut
mant.

que pa-
ci hi To-
Jac. Ma-
o. I. cap.
it. Mox

Altinger'sche Buchdruckerei.

inibus in
argume-
ritas the-
Verum
toner, quod
petuo quasi
& delectus
a, non ne-
cellaria

Quib
u

U
scribe
Narr
is,
Ora
scali
Der
pe
que

Qua
P

A
Lau

cessaria prætermittamus, necessaria vero ac aptiora semper eligamus.]

Quibus in Caussarum Generibus utimur Argumentis Probantibus, quæ ex Locis Topicis desumuntur?

Utimur illis non solum in conscribendis Progymnasmatibus, (ut *Narrationibus, Descriptionibus, Chriis, Locis Communibus &c.*) sed & *Orationibus* præcipue Generis Didascalici; quanquam in Genere etiam *Demonstrativo* ac *Deliberativo* sæpe adhiberi possunt; prout ex sequentibus patebit.

CAPVT II.

Quenam vero sunt Argumenta Probantia Generi Demonstrativo propria?

Alia referuntur ad *Laudem* vel *Vituperium Personæ*, alia ad *Laudem* vel *Vituperium Facti & Rei.*

In Laude & Vituperio *Personæ* servatur Ordo vel Naturalis vel Artificialis.

Quis est Ordo Naturalis?

Naturalis Ordo Vitæ ac Temporis seriem servat, eaqve affert, quæ ratione (1) Nativitatis, (2) Vitæ, (3) Mortis sunt observanda; vel quæ contigerunt in Vitæ Principio, Medio & Fine.

Quæ consideranda sunt in Principio Vitæ?

Personæ Patria, Parentes, Majores, Tempus Nativitatis, & si Memorabilia quædam illud præcesserunt vel comitata sunt; infantis ac pueri educatio, indoles, adolescentiæ studia, mores, præceptores, peregrinationes &c.

Quæ consideranda sunt in Medio Vitæ?

Bonæ Animi, Corporis & Fortunæ.

ae fer.
Artifi.

?

poris
ra ra-
, (3)
qvæ
Me-

n

lajo-
mo-
runt
oue-
ntia
bere-

n

orni-
na.

De
na. Ad
genium,
ditio in
genere,
Medicin
&c. Vi
tumque
genere,
litari, O
Ad B
tas, Ro
cens m
tus ing
pue Pu
Ad
gnitac
domef

Qu

Et
quia, l
Luctus

na. Ad *Animi* Bona referuntur Ingenium, Memoria, Judicium, Eruditio in quocunqve Disciplinarum genere, Theologia, Jurisprudencia, Medicina, Philosophia, Philologia, &c. Virtutes item Morales, Virtutumqve actiones in quolibet Vita genere, Ecclesiastico, Politico, Militari, Oeconomico &c.

Ad Bona *Corporis* referuntur Sanitas, Robur, conveniens statura, decens membrorum compositio, vultus ingenuus; & in Feminis præcipue Pulchritudo.

Ad Bona *Fortuna*, Honores, Dignitates, Conjugium, Liberi, Res domesticae, Divitiæ, Amici &c.

*Quæ consideranda veniunt
in Fine Vita?*

Ætas longa, Morbi, Mors, Exequiæ, Fama & Opinio post mortem, Luctus & jactura Rei tam publicæ

quam literariæ; Liberorum, discipulorum ac posterorum felicitas &c.

[*Quæ fere omnia in Topicis ad Locos Causarum, Adjunctorum, Effectorum & Consequentium, reduci possunt.*]

Exemplum.

Laus Aristotelis.

Principium Vitæ: Patria Stagira, Macedonia oppidum; unde dictus Stagirites. Urbs hæc, precibus Aristotelis, postea ab Alexandro instaurata & in integrum restituta, cum prius à Philippo æquata solo fuisset.

Parentes: Pater Nicomachus, Medicus Amyntæ Regis Macedoniae, qui fuit avus Alexandri. Mater Phastis; hujus imaginem memoria & pietatis ergo pingi iussit filius a Protogene, excellenti ejus ætatis pictore; cujus insigniora inter opera refertur a Plinio Lib. XXXV. c. 10.

Majores: Pater & Mater genus duxerunt a Machaone, Æsculapii filio, Familia regia, & studio Medicinæ celebratissima.

Tempus Nativitatis: Annus I. Olympiadis XCIX, qui est annus ante N. Christum

371.

Edu-

disci-
as &c.

Caussa
& Con-

...

...

...

...

face-

urites.

postea

gram

quara

...

edius

e ayus

ima-

juste

is pi-

ertur

erunt

a re-

ia.

upia-

stum

...

De
Educati
ram pat
veno A
dem ed
xit ipse
lix,
imprim
thesor
Studia
res,
jussu,
no et
crato
nem
tract
O in
ut a
sapie
Item
vero
Medi
vsi fa
ro l.
tem
appel
lius sa

mens.

Educatio pueri & indoles: Post matu-
ram parentum mortem educatus est a Pro-
xeno Atarnensi; cuius filium Nicanorem
dein eduxit, artibusq; elegantioribus instru-
xit ipse Aristoteles. Indoles puero fuit fe-
lix, & ingens artium liberalium amor,
imprimis Grammatica, Rhetorica & Ma-
theseos.

**Studia juvenilia, Praeceptores, Mo-
res, Peregrinationes:** Oraculi Pythici
jussu, ut se studiis Philosophiae dederet, an-
no aetatis 17, missus est Athenas, ubi So-
cratem audivit triennium; ac postea Plato-
nem annos viginti, Meditiam una per-
tractans. Diligentia flagravat indefessa,
& inexplebili veterum scripta legendi fuit;
ut ἀραγώστus vocatus fuerit a Platone,
sepius dicente: Eamus ad domum Lectoris!
Item: Se in Aristotele freno, in Xenocrate
vero calcari indigere.

Medium Vita. Bona Animi: Ingenium
ipsi singulare ac pene divinum tribuit Cice-
ro I. de Divinat. Et ob hujus sublimita-
tem judiciiq; acumen a Platone Nūc est
appellatus. Certe Philosophus fuit avi il-
lius sapientissimus, Peripateticorum prin-

ceps &c. De praeclaris ejus dictis ac scriptis fere innumeris, quorum minimam hodie posidemus partem, consulatur Diogenes Laërtius in Vita.

Virtutes: Laudetur ejus *Pietas* (1) in Deum. Vid. Theologia Gentilium ex scriptis Aristotelis & Platonis excerpta a Mich. Piccarto &c. (2) in *Patriam*, rogatu ejusdem ab Alexandro instauratam; (3) in *Praeceptorem Platonem*, cui Aram, &, teste Olympiodoro Commentar. in Gorgiam Platonis, Orationem Laudativam consecravit. Prædicetur etiam Ejus *Sapientia, Prudentia; Veritatis amor*, dum dixit: Amicus Socrates, amicus Plato, magis tamen amica Veritas; In docendo *Fidelitas, Morum civilitas &c.*

Bona Corporis. Ingenuo fuit vultu, veluti marmora ostentant; *decenti corporis statura præditus*; nisi quod eum *cruribus fuisse exilibus* Diogenes scribat; quem tamen defectum robur & magnitudo animi compensabat. *Munditiei quoque studiosus, vestitus elegantiam non aspernatus est.*

Bona

scriptu
hodie
genes

(i) in
m ex
rpta a
, ro-
tam;
ram,
ar. in
dati-
Ejus
amor,
s Pla-
n do-
c.

velu-
rporis
ribus
quem
itudo
q³ stu-
perna-

Bona

W. 11

De

Bona For

Maced

statoru

Philipp

sibi esse

stotelis

Regin

confisi

ipsum,

parent

tate a

dro,

adting

& ocl

Post

impe

eiden

chari

ac Pl

tanto

plurag

Vnores

thia,

nobilis

giri a

beri,

870 100
941

Bona Fortuna. Arcesitus a Philippo Re-
Macedonia honorificentissime, ut praefectus
studiorum Alexandri. Scripsit enim ad eum
Philippus: se non tam letari, quod natus
sibi esset Alexander, quam quod etate Ari-
stotelis natus. Regi hujus, & Olympiadis
Reginae, perpetua usus est gratia, aulicūq;
consiliū multum valuit. Alexander verò
ipsum, ut alterum parentem, imò plus quam
parentem, amavit. Magnas hac in digni-
tate divitias est consecutus, & ab Alexan-
dro, ad solam Animalium Descriptionem,
octingenta talenta (h. e.) quadringenta
& octoginta millia coronatorum) accepit.
Post Philippi obitum, Alexandrum initio
imperii triennium in bellis comitatus est,
eidem ob consilia & medicinam apprime
charus. Quingagenarius Athenas rediit,
ac Philosophiam docuit amplius in Lyceo,
tanto applausu, ut Δεισιμόβιος vocaretur;
pluraq; Librorum volumina conscripsit.

Vxores habuit duas, quarum prior erat Py-
thias, Hermiae Atarnensis filia, matrona
nobilis & pudica. Posterior Herpyllis, Sta-
giris oriunda, Viri maxime studiosa. Li-
beri, Nicomachus filius, cui Opus Nicoma-
chium

chium inscripsit, ut ex eo bene beateq; vivendi doctrinam addisceret. Filia Pythias, quæ tribus nupsit maritis, & aliquot peperit filios, ex usq; unum, dictum pariter Aristotelem.

Finis Vitæ. Annos natus tres & sexaginta, adeoq; anno, quem vocant, Climacterico magno, mortuus est in Chalcide, non exhausto cicutæ poculo; nec quod ignorares accessus & recessus Euripi Euboici; sed morbo ventriculi, ob assiduas vigilias, nec unquam intermissa studia, testibus Dionysio Halic. Apollodoro Atheniensi, Censorino & aliis. Testamentum ejus, piam viduæ & liberorum curam complectens, exstat apud Diog. Laërt. in Vit. Tumulo Pythiadæ uxoris illatus est, sicut ipsa præceperat. Erecta ipsi fuit statua, cum inscriptione: ARISTOTELES PHILOSOPHORVM OPTIMVS. Reliquit discipulos præceptore dignos, Theophrastum Eresium, Phanium, Eudemum, Dicaearchum &c. ut & famam & gloriam nominis immortalẽ.

[Exemplum Laudis simul & Vituperii Julii Cæsaris vid. in Vossii Partitt. Orat. Lib. I. Cap. IV. pag. 26. 27.]

Quis

eg. vi.
ia Py.
& ali-
ditum

ginta,
Africa

n ex-
reres

mor-
e un-

nylio
enlo-

pian
, ex-
umulo

pra-
m in-

LO-
tigue

stum
ear-

nomi-
Celsa-

ap. IV.

Quis

Ein Anzeiger

es und fent.

in der Brab.

Langst. Eng. 1779

Christoph M. S.
P. 64 v. 9 r.

De la

Quis es

Si Perfor
dem Virtu

vituperem
rum. Ita

optimus S

optimus In
drum M.

Virtutes

Fortitudi

tiam: v

dem. ut

(2) hom

(3) impo

Quomo

Ex Loc

Enumera

Adjuncto

interdum

gie.

Quis est Ordo Artificialis?

Si Personam secundum certas laudem Virtutes, aut secundum certa vituperem vitia, ex loco Adjunctorum. Ita Cato Priscus Plinio dicitur *optimus Senator, optimus Orator, optimus Imperator.* Aut si Alexandrum M. laudare velis secundum IV. Virtutes Cardinales, *Prudentiam, Fortitudinem, Justitiam, Temperantiam*: vel vituperare Muhammedem. ut (1) *latronem ferocissimum,* (2) *homuncionem libidinosissimum,* (3) *impostorem mendacissimum.*

Quomodo laudantur & vituperantur Bruta?

Ex Locis Topicis; & Loco quidem Enumerationis Partium, Effectorum, Adjunctorum, Generis & Speciei; interdum & Caussarum & Etymologie.

E. g. Laudentur Apes.

Ex Loco Caussarum: Quod illas non libido progeneret, sed ex melle viviscant. Sole enim Apes Venerem nesciunt; atq; animal laboriosum suo ex opere nascitur. Plin. Lib. XI. 16.

Ex Loco Enum. Partium prædicari potest Dadala natura fabrica, qua in tam parvo corpore membra omnia tam affabre distinguntur. Plin. Lib. XI. c. 2. Depingi etiam potest earum Pulcritudo tum ex colore, tum apta membrorum connexione.

Ex Loco Adjunctorum. Non pauca in iis deprehenduntur Virtutum simulacra; ut (1) Perspicacia, qua tempestates quasi prævident, nec dubio cælo se committunt, & victum in hiemem reponunt. (2) Sedulitas in labore earum admirando. (3) Concordiæ studium in sectando ac defendendo rege suo &c. Item laudari possunt a Locis, quos inhabitant; qui debent esse amæni, floribus consiti, a ventorum turbine liberi, puri ab angvibus &c. Virgil. IV. Georg. init.

Ex Loco Effectorum. Suppeditant Mel & Ceram; atq; inter Insecta pene omnia hominum

on libi-
nt. So-
q; ani-
Plin.

i pot-
pat-
e di-
epin-
um ex
one.

ca in
lacta;
grafi
runt,
) Se-
(3)
nden-
unt a
t esse
n tur-
Virgil.

Mel &
sia ho-
mireum

De

minim
qua eni
vant.

Vel, s
velis lau
rum suu

Ex Loco B
put, oc
dulas,
crura, p
circa pe

Ex Loco
a genti
tavis d

Ex Loco
a Virtu

dem; q
do, me
aptus,
lan-
res & in

Ex Loco B
ri Saphy
mem, aut

minum utilitati maxime inserviunt: reliqua enim nos magis infestant, quam juvant.

Laus Canis.

Vel, si Canem unum singillatim velis laudare, veluti Lipsius Saphyrum suum, describas eum

Ex Loco Enum. Partium, secundum caput, oculos, nares, os, dentes, aures pendulas, cervicem, pectus, costas, lumbos, crura, pedes, caudam &c. adde singulas circa partes colorem & maculas.

Ex Loco Generis & Speciei laudes eum a gente, quod sit *Anglus, Danus, Batavus* &c.

Ex Loco Adjunctorum & Effectorum, a Virtutibus, qualitatibus & effectis ejusdem; quod sit argutus & facilis in discendo, memor in usurpando, ad venandum aptus, domino suo fidelis, vigilans, φιλόθετος, nec mordax, nisi adversus fures & injuriam inferentes.

Ex Loco Etymologiae dicas, eum appellari Saphyrum, & esse revera Canum gemmam, aut gemmis cariorem. Adde, quod

a sa-

a sagacitate canum Cynici olim Philosophi nominati fuerint & commendati.

Vituperium Serpentis.

Ex Loco Speciei dicatur, Serpentes ex eo esse animalium genere, quod praeter ceteris speciatim a Deo damnatum Genes. III. 14.

Ex Loco Adjunctorum. (1) Habitant loca sentibus ac spinetis obsita, & amant latebras ac speluncas, furum & latronum instar. (2) Reptili, celeri ac doloso utuntur incedendi modo; ita ut sagitta jactum aequare videantur. Hinc forte serpentes alati ac volantes a nonnullis sunt ficti. (3) Blandi nonnunquam sunt, sed versuti simul, ingrati & crudeles. Hinc proverbium, Angvem in sinu fovere. Quocirca & ipsius Diaboli blanda & astuta, sed maxime noxia truculentia, serpentis imagine exprimitur.

Ex Loco Effectorum. Perterrefaciunt homines, usque veneno & morsu suo maxime nocent: aeterna inter ipsos & homines est inimicitia: unde id quod maxime horremus & averfamur, Angve pejus odisse dicimur.

Vnde

hiloso-
lari.

s ex eo
ceteris
el. III.

ut lo-
nt la-
rorum
ut un-
actum
pentes

li. (3)
cui si-
rover-
ocirca
, sed
pentis

unt bo-
maxime
ines est
horre-
odisse di-
Vnde

De

Vnde p
dandi

Ab H
Difficili
Ex Loco
verficulu
Exaggera
quam,
paucis,
rio, q
Compa

Laus i
thenien
viam in

Factum ip
c. 9. &
Dein Lau
erim opp

*Vnde petuntur Argumenta Lau-
dandi aut Vituperandi Facti
alicujus?*

Ab Honesto, Utili, Necessario,
Difficili &c. Locisq; Contrariis. Vel
Ex Loco Adjunctorum, secundum
versiculum, Qvis? Quid? Vbi? &c.
Exaggeratur quoq; Factum nonnun-
quam, si quis primus, solus, cum
paucis, tempore maxime necessa-
rio, quid fecerit; item ex Loco
Comparatorum & Exemplorum.

Exemplum I.

*Laus Facti Miltiadis, Ducis A-
theniensis, quo decem millibus ci-
vium instructus sexcenta Persarum mil-
lia sudie fugavitq; in campis
Marathonii.*

Factum ipsum referatur ex Justini Lib. II.
c. 9. & Corn. Nepi Miltiad. c. 5.

Dein Laudetur illud (r) ab *Honesto*: fuit
enim oppidò laudabile, & pro patria, quæ
iniquo

iniquo ac formidabili petebatur bello, prælium hoc susceptum.

(2) A Neccessario. Non provocavit hostem temere *Mulriades*, sed eum ingenti cum exercitu patriæ incumbentem, summa id flagitante necessitate avertit; idq; maxima cum animorum alacritate. Vide *Justin.* l. cit.

(3) A Difficili: (a) quod tantillis copiis tantam multitudinem fuerit aggressus: (b) quod sociis *Lacedæmoniis* religione impediti non cunctatus sit aut trepidaverit.

(4) Ab Utili & Glorioso. Quod sic fugati *Perse*, primusq; *Darii* impetus fractus, & secuta *Darii* morte, Gracia tanto bello liberata fuerit. Dicatur ex *Corn. Nep. Miltiad.* c. 5. Pugna hac (quam etiam laudant *Plato*, *Plutarchus*, *Pausanias* & alii) *Marathonia* nihil esse nobilius: nulla enim unquam tam exigua manus tantas copias prostravit.

Ex Loco Comparatorum. *Epaminondas* Dux *Thebanorum*, quatuor hominum millibus, *Lacedæmoniorum* exercitum viginti quatuor millium devicit. *Frontin.* Lib. IV. c. 2. Sed victoria hæc nihil ad nostram. *Leonidas* *Spartanorum* Rex cum trecentis sociis

lo, pra-

tem te-

m exer-

d flagi-

na cum

l. cit.

is tan-

(b)

mpedi-

fugati

tus, &

bello li-

Nep.

etiam

nias &

nulla

tantas

inondas

um mil-

viginti

Lib. IV.

nostram.

trecentis

sociis

De

sciu ad
cram al
cum suis

Fadun

Col

Quis?

orum

Quid?

horret

vic.

Quibus

ve ar

funda

Quom

nomi

harbi

scidit.

Vbi? In

liffon

Cit. C

Quana

stet gr

big, t

fociis ad Thermopylas ingentem Xerxis exercitum aliquandiu sustinuit; tandem vero cum suis omnibus cæsus est.

Exemplum II.

*Factum Davidis prosternentis
Goliathum, 1. Sam. XVII.*

Quis? David, filius Isai, juvenis, pastor ovium &c.

Quid? Goliathum, monstrum hominis, & horrendæ magnitudinis gigantem prostravit.

Quibus auxiliis? Non gladio, scuto, aliisve armis militaribus instructus, sed baculo, funda ac lapide.

Quomodo? Aggressus est illum fortiter in nomine Domini, jactoque lapide frontem Goliathi percussit, ejusque præcidentis caput abscidit.

Vbi? In conspectu utriusque exercitus tum Philistæorum tum Israëlitarum, ad Socho Judæ. Cit. Cap. vers. I.

Quando? Eo quidem tempore, quo Philistæi grave bellum inferre conabantur Judæis, hosque tractabant ignominiosissime.

Cur?

Cur? Ut igitur hanc ipsam auferret ignominiam, populumq; suum a jugo Philistaeorum liberaret, David facinus hoc ingens ac memorabile ausus est.

Vituperium Αυτοχρησίας M. Catonis,

qui, cognita Caesaris Victoria, mortem sibi intulit.

Vid. Florus Lib. IV. c. 2. n. 70. 71. 72.
Seneca Epist. 24. Plutarchus in Vit. Catonis Uticensis circa fin.

Vituperetur Factum hoc

I. ab *Impio*. Repugnat enim (1) *DEO* auctori *vita nostra*, & *natura*, quae omnium animantium generi indidit se ac vitam tueri. (2) *Fortitudini*, quae vincere animum docet, ac terribilem hostibus esse, non sibi. (3) *Ex superbia & φιλαυτιᾷ* profectum est, quae turpe sibi *Cato* putabat, supplicem ad *Cesarem* venire.

II. a *Facili*. Forte quidem nonnullis videtur facinus; sed *αυτοχρησία* haec revera sapit *feminineam molliem ac pusillanimitatem*.

Rebus

gnomi-
eorum
ac me;

Ca-

mor-

a. 72.
t. Ca-

EO an-
imum
in tue-
nimum
on sibi.
fectum
suppl;

videtur
era sapie
tatem.
Relm

De

Rebus in
Fortiter

III. A. M
to pote
fui em
lucem

IV. Ab T
to hac
didit p
nug. d
ignem
qui fa
erube
[]

Vnde
da

Laus
Virtut
Discipl
Tempor

Rebus in angusti facile est contemnere vitam.
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

III. A Minus necessario. Vivere utiq; Ca-
to poterat Caesaris sub imperio. Conque-
stus enim postea est Caesar, sibi Catonem sa-
lutem suam invidisse.

IV. Ab Inutili & Exemplis. Perdidit Ca-
to hac caede sua copias sibi commissas; per-
didit patriam, pro qua pugnare ad mortem
usq; debuerat: uti Horatii, Fabii &c. Non
igitur audiendi sunt Seneca, Lucanus, alii,
qui factum hoc comprobare imò laudare non
erubescunt.

[Laus simul & Vituperium Aurozeigias Lu-
cretiae vid. in Vossii Partitt. Orat. Lib. I.
Cap. IV. p. 29. & seqq.]

Vnde petuntur Argumenta Lau-
dandi ac Vituperandi Rem
aliquam?

Laus & Vituperium Rerum (ut
Virtutum & Vitiorum, Artium &
Disciplinarum, Plantarum, Locorum,
Temporum &c.) concinnatur vel ex
Locis

Locis Topicis, ut Etymologia, Definitionis, Enumerationis Partium, Generis & Speciei, Caussarum, Effectorum, Adjunctorum, quandoque & Comparatorum: vel ab Honesto, Utile, Jucundo &c. aut contra.

Exemplum I.

Laus Norimbergæ.

Ex Loco *Etymologia & Caussarum*, quod, secundum Mercatoris & aliorum opinionem, a Tiberio Nerone Imp., vel a Druso Nerone fratre ejus, qui Germanos devicit, & castellum hic loci extruxisse dicitur, *Neroberga* sit denominata & fundata: seu, quod a *Nariscis* sive *Noriscis*, arcis illius pervetustæ fundatoribus, suam adeptæ sit denominationem. Addatur Anagramma: *Civitas Nürembergensis. Nescis? Urbium regina est!*

Ex Loco *Adjunctorum Exteriorum*. *Sita est in Franconia, Svevia & Bavaria confiniis, ac medium fere tenet Germania; unde & Cor ejusdem nuncupatur. Interfluit illam Pognesius, gaudet aëris cœliq, salubritate.* Ex

, Defi-
tium,
, Effe-
doque
neko,
à.

arum,
um opi-
, vel a
ermanos
ixisse di-
a & fun-
toriscie,
s, /nam
Addatur
ergensis.

rum. Si-
varia con-
Germania;
ur. Inter-
is exilij, fa-
Es

De

ExLoco F

& propu

maiores

crasse a

spitum

Burgg

magny

tanum

pretio

sancti

ria q

Arm

tiorun

& aq

Ab Ad

ta R

li,

eade

morun

titudi

ExLoco

habita

Gene Co

cig, O

hujus q

bita C

Ex Loco Enum. Partium. *Mania Urbis*
& propugnacula satis munita; porta sex
maiores duæq; minores, illarumq; turres
crassa atq; excelsa; *Arx* vetustissima, ho-
spitium ac sedes multorum *Cesarum* ac
Burggravorum. *Templa* amplissima &
magnifice exstructa, *Sebaldinum*, *Lauren-*
tianum, ad *Spiritum S.* in quo *Reliquia*
pretiose, & in *vicinia* *Ornatus* *Cæsareus*,
sancte custodiuntur. Sequatur *Laus* *Cæ-*
rie splendidissima, *Bibliotheca* publica, &
Armamentarii instructissimi; item *Palat-*
iorum ac nitidissimarum *ædium*, *fontiumq;*
& *aquarum* salientium &c.

Ab Adjunctis Interioribus. *Gaudet* poli-
ta *Reip.* forma; claret bene ordinatis *Scho-*
li, *Gymnasio* & *Vniuersitate*. *Floret* in
eadem *mercatura*, & *opificum* exquisitissi-
morum copia. *Pollet* *opibus* ac *populi* mul-
titudine.

Ex Loco Effectorum. *Multa* hac in *Urbe*
habita sunt *Comitia*; & *Aurea Bulla*, præ-
sente *Carolo IV.*, ibidem promulgata; *Pa-*
ciscq; *Osnabrugensis* *Executio* anno seculi
hujus quinquagesimo sollennissime hic cele-
brata &c.

Exem-

Exemplum II.

Laus Philosophiæ.

- I. Ab Honesto. Est studium Sapiëntia. Quid Sapiëntia? Rerum divinarum & humanarum scientia. Cicero Deorum inventum appellat. Dei immortalis manus est, quod vivimus; Philosophia, quod bene vivimus.
- II. Ab Utili & Necessario. Sine Philosophia, neq; in Theologia, neq; Jurisprudencia, neq; Medicina, magnos facere poteris progressus. Adducatur elogium Ciceronis: O vita Philosophia dux! O Virtutis indagatrix, vitiorum expultrix &c. V. Tulcul.
- III. A Jucundo. Multi, postquam semel Philosophia sese tradiderunt penitus, neq; rei familiaris cura, neq; honorum cupiditate, neq; corporis voluptatum blandimentis, ab ejus studio avocari potuerunt; ut Chryssippus, Archimedes &c. Vid. Murei. Orat. II. p. 17. Delectamur certe magnopere tot rerum admiratione dignissimarum scientia.
- IV. A Facili. (1) Principia Sapiëntia unicuique sunt quasi innata. (2) A doctissimis
- virs

m.

ia. Quid
humana-
ventum
ff, quod
vimum.
philoso-
oruden-
e poteri
Cicero-
Virtuti
oc. V.

n semel
is, neq;
upidita-
blandi-
uerunt;
tel. Mu-
er. certe
dignifi-
entia uni-
deditur
vii

De

in Phil

log, car

Vitupe

I. Ab Inho

piensu

tere : q

antes con

delet, &

ac vallo

denda &

esse. D

tus veri

multum

Sallust,

II. A Per

lorum.

non tot,

Sirac. X

finis est

III. A Mo

sapientib

tus, gra

IV. A Dis

est, reg

igitur &

virii Philosophia dilucide est descripta, hodieq; curiosius exculta.

*Vituperium Loqvacitatis seu
Garrulitatis.*

- I. Ab *Inhonesto* s. *Turpi*. Turpe est sapientissimam Naturæ dispositionem pervertere : quæ cum homini duos oculos, duas aures concesserit, unam tantum linguam dedit, & hanc dentibus & labiis, ut muro ac vallo, munitam; significans, multa videnda & audienda, pauca vero loqvenda esse. Dein stultum quoq; est vitium. Stultus verba multiplicat; Eccles. X. 14. Vbi multum est loqvencie, ibi parum sapientie. Sallust.
- II. A *Pernicioso*. Est causa multorum malorum. Multi ceciderunt ore gladii, sed non tot, quot interierunt per linguam suam; Sirac. XXIX. Euripides: *Oris effrenati finis est calamitas.*
- III. A *Molesto*. Grave hoc est vitium viris sapientibus. Sirac. XXI. 19: *Narratio facti, quasi sarcina in via.*
- IV. A *Difficili*. Dices quidem: *Difficile est, regere linguam suam!* R. *Precibus igitur & cautione opus &c.*

C

V. Ab

V. Ab *Evento intuito*. Præsertim cùm de
omni verbo otioso olim sit reddenda ratio.

[Et tales quidem Laudationes ac Vituperationes vocantur *Absolutæ*. Sunt præterea Laudationes *Comparatæ*, ubi vel Persona cum Persona, Factum cum Facto, Res cum re confertur, unumque alteri esse æquale, vel etiam præstare, ostenditur. Ut, si compares *Alexandrum M. & Julium Cæsarem, Ottonem Magnum & Leopoldum M. Imp.*; *Frattum quodpiam & Victoriæ Alexandri adversus Persas, & Leopoldi adversus Turcas; Athenas item & Spartam, Augustam & Norimbergam &c.* Instituuntur Laudationes tales iisdem ex Locis, quibus *Absolutæ*.]

CAPVT III.

Vnde ducuntur Argumenta Pro-
bantia in Genere Deliberativo ad
Suadendum & Dissua-
dendum?

AB Honesto, (Justo, Legitimo,
Glorioso,) Utili, Necessario, Ju-
cundo, Possibili, Facili, Tuto, Even-
tu; Locisque contrariis, Turpi, In-
utili, minus Necessario &c. quibus
inter-

m.

m cum di
da rati.
uperatio
eterea Lau
riona cum
es cum te
eguale, vel
si compa
Casarem,
l. lopp. ;
Alexandri
n Turca ;
am & No
ationes ta
uta.]

nta Pro
ativo ad
18-

egitimo,
llario, Ju
uto, Even
Turpi, In
&c. quibus
mari

De h

interdum
stimoniam.

Honest

quod per
tendum
sed solo

mos allic

Et hoc f

Iustum &

bus divi

neum;

riam pa

samam.

Vtile

tilitatem

vat.

Iucur

voluptat

utrumq

Necess

rique est

Libertas

interdum junguntur Exempla & Testimonia.

Honestum appellatur Rhetoribus, quod per se laudabile est ac expetendum, nec emolumento aliquo, sed solo sui amore hominum animos allicit; quale quid est *Virtus*. Et hoc sub Loco continetur etiam *Iustum & Legitimum*, quod Legibus divinis & humanis est consentaneum; item *Gloriosum*, quod Gloriam parit & immortalem nominis famam.

Vtile est, quicquid fructum & utilitatem parit, partamque conservat.

Jucundum, quod grata quadam voluptate animum, aut corpus, aut utrumque, afficit ac delectat.

Necessarium, sine quo salvi, liberi que esse non possumus; qualia sunt *Libertas, Pudicitia, Vita.*

Possibile, quod fieri potest. *Facile*, quod nullo pene negotio effici haberi que potest.

Tutum, quod periculo metu que vacat, nec commodis aut salutem alicujus officit.

Eventus; ubi plerum que Dilemmate Oratorio ostenditur, In utramvis partem res cadat, utilitatem & gloriam propositam nos adepturos.

Exemplum Svasionis Publicæ exhibet Oratio Cic. pro B. Manilia, in qua Quæstio est: An Pompejus Bello Mithridatico sit præficiendus?

Ad hoc svadendum deducit Cicero argumentum

1. a *Legitimo*; Non esse contra *Leges & Consuetudinem*, ut ad unum omnia deferantur &c.
2. ab *Æquo*; quia *justum* fit, ut *debitus* tribuatur honor Pompejo &c.
3. ab *Utili*; quia res hac prodesset ad *conservationem vectigalium & defensionem sociorum* &c.
4. a *Pos-*

Silloj

tim.

st. Fac
tio effi

meruor
saluti ali

Dilem

uram
tem &

pturos.

e exhi

anilia,

mpetus

efficien

ero argo

Leges &

anna dese

ebitus tri

et ad euo

isionem s

4. a. P.

Sylogism^o oratorig.

De
4. a Possid
mum,
Reges p
set, qui
jam ge
5. a Glo
nimam
as dele
inustan
6. Ab Ec
datem
le &
tra eu
rit. C

Si diff
&

I. ab Inb
riorum
agendo
Turpe
creavit
II. Ab In
Corpor

4. a *Possibili*; quia, etsi bellum erat difficillimum, utpote in quo se conjungerent duo Reges potentissimi, ab eo tamen confici posset, qui tot & tanta terra marique, praclare jam gesserat.
5. a *Glorioso*; quia Romani eo ex bello maximum decus & honorem sint reportaturi, ac deleturi infamiam a Mithridate antea inustam.
6. Ab *Eventu*; quia, sive Romani Mithridatem vincerent, sive non vincerent, utile & gloriosum sit futurum Romanis, contra eum bellum suscepisse. Vid. Vossii Paratit. Orat. Lib. I. Cap. V.

Exemplum II.

*Si dissuadere velis Pigrítiam,
& auditores tuos debortari ab
Ignavia & Otio.*

- I. ab *Inhonesto*. Pigrítia est multorum vitiorum mater. Otia sunt vitia. Nihil agendo homines male agere discunt. Deinde Turpe est, Deo non parere, qui hominem creavit ad laborem, non otium.
- II. Ab *Inutili*. Nocet Ignavia *Animo & Corpori*; parit egestatem; totas perdit

Respublicas. (Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus; ut capiant vitium, nō moveantur aqua)

III. a *Molesto*. Est minus spave ac radio plenum, nullum certum officii genus, nullum certum laborem exercere; sed passim sequi corvos testaq; luroq;, secure quò pes ferat &c. Dein *Pigri* sunt & alii *molesti*. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis; sic piger his, qui miserunt eum, in via. Prov. X. 26.

IV. Ab *Intuto*. Cum dormirent homines, venit inimicus, & superfeminavit zizania. Matth. XIII. 25. Inde Hieronymus: *Aliquid operis facito, ut te diabolus inveniat occupatum; non enim facile capitur a diabolo, qui bono vacat exercitio &c. Res age, tutus eris!*

V. Ab *Eventu*. Et quæ pigros tandem manent premia? Ignorantia, Contemptus, parentum & patronorum indignatio; ad nullas promoventur dignitates &c.

Quod verò non solum ab *Honesto*, *Vtili*, *Jucundo* &c. in Genere *Deliberativo* ducantur *Argumenta Probantia*, sed & ex *Locis Topicis*; ex sequentibus patebit *Exemplis* &c.

V. g.

corru
ium, u

adio ple
, nullam
sim sequi
pes fe
molesti
alis; sic
in via

domine
zizania
onymus
olus inve
le capite
cilio etc

ndem ma
msus, po
; ad nat

Honesto
eliberatio
sed & u
tus pareb
V.

Ep. IV. 3. Originalis zu Saltum der Ginge. in
mit, ungeladent dem des für die.

v. 39.

D
V. g. S.
se die

Svade
I. ab Ho

diligen
care u
Ephes.
templo
valde

II. ab V
Conse
regna
tiam

III. a N
Labun
arbo
confisi

IV. a Ju
& qua
unum.

fravi
Ducat

V. a Tut
spite

V. g. Sit *svadenda* partibus inter
se *disidentibus* Concordia, vel
publica vel privata.

Svaderi illa potest vel

- I. ab *Honesto*. Nam Deus jubet proximum diligere. Et Paulus inquit: Studete servare unitatem Spiritus vinculo pacis &c. Ephes. IV. 2. 3. Romani etiam dedicarunt templum Concordia, ut Dea Bona publica valde salutari.
- II. ab *Vtili*. Concordia parva res crescunt. Conservat illa & auget familias, civitates, regna, imperia; stabilis religionem, justitiam &c.
- III. a *Necessario*. Discordia res maxima dilabuntur; & sine Concordia nec domus, nec arbs, nec regnum, imo nec ipse mundus consistere potest.
- IV. a *Jucundo*. Pl. 133: Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum. Menander apud Stobæum: Quam svavis est inter fratres concordis amor! Ducatur Simile a svavi Musices harmonia.
- V. a *Tuto*. Per hanc virtutem hospes ab hoste tutus. Et Antisthenes apud Laërtium

tium ait: *Fratrum, qui sunt concordēs, convictus omni muro est fortior.* Salomo: *Frater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma;* Prov. XIII. 19.

VI. a *Possibili ac Facili.* Rom. XII. 18: *Si possibile, quantum in vobis, cum omnibus hominibus pacem colite! Est vero hoc, si non erga omnes, certe plurimos, possibile & facile.* Imo ipsa natura nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit. Senec. Epist. 95.

Vel ex Locis Topicis.

Ex Loco *Etymologia.* Concordia dicitur a conspiratione cordium, vel harmonia chordarum: Vnde Græcis ὁμόνοια & Συμφωνία dicitur.

Ex Loco *Definitionis.* Quod sit virtus prestantissima, per quam homo tranquille & concorditer cum aliis vivere promptus est.

Ex Loco *Causarum.* Ortum ducit a Deo pacis & concordie.

Ex Loco *Adjunctorum.* Hinc & inter bonos tantum locum habet. Concordia enim inter homines malos, dicenda potius est conspiratio aut conjuratio. Illa vero est virtus

Proo. 18, v. 19. In universis hinc facta sunt
quae, omnium hinc sunt.

à congruere, concinere metaph. confectio

De
tus De
Humana
virtute
Ex Loco
possunt
hoc ex
Ex Loco
Ecclesie
Ex Loco
Mene
233a
tur C
lari.
Ex Loco
dia, E
turig
Addant
Exen
Aliu
Futuro
Locus E
Civita

tus Deo viriq, bonis grata, amabilis, cum
Humanitate, Amicitia, Justitia, aliisq,
virtutibus conjuncta.

Ex Loco *Effectorum.* Hic mille recenseri
possunt Bona Animi, Corporis & Fortune,
hoc ex Cornu Copie profluentia.

Ex Loco *Enum. Part.* Et quidem in vita
Ecclesiastica, Politica & Oeconomica.

Ex Loco *Similium.* Afferatur *Apologus* ^{fabre}
Menemii Agrippæ apud Livium Lib. I. c.
23; ac *Florum* Lib. I. c. 23. Et confera-
tur *Concordia* cum illo telorum fasciculo *Sci-
luri.* Add. Saavedræ *Symbolum LXI.*

Ex Loco *Oppositorum* vituperetur *Discor-
dia*, *Erinnys* illa, & malorum omnium *scu-
turigo.* ^{Erinnys illa.}

Addantur de hac, & opposita *Virtute*,
Exempla & *Testimonia.*

Aliud Exemplum ex Locis Topicis.

Futuro Politico suadeatur *Pe-
regrinatio.*

Locus Etymologiae. Politicus dicitur a πόλις
Civitate; hanc ut sciat instituere & gu-
berna-

bernare, peregrinationem suscipiat, multasq; civitates perlustret.

Locus Speciei. Politica vel est recta vel corrupta. Ergo Politico competit peregrinatio, ut discrimen utriusq; experiatur.

L. Causse Effic. Politicus uti a Præceptoribus didicit regulas, sic a peregrinatione capiat exempla.

L. Causse Mater. Politicus versatur circa leges, judicia, statuta, circa negotia pacis & belli &c. E. videat, quam varie ac prudenter politiores apud populos negotia hæc tractentur.

L. Causse Final. Politicus intendit conservationem Reipublicæ. E. ex aliis petat Rebusp., sue quod ex usu fiet.

L. Effectorum. Politicus consultat, decedit, exsequitur; sed aliorum prius consultationes, decisiones, executiones observet necesse est.

L. Adjunctorum. Politico convenit vigilantia, expedita dexteritas, morum civilitas, sermonis elegantia, simulandi & disimulandi artificium &c. Talia vero non tam domi discuntur, quam foris; non tam inter nostros & adultores domesticos, quam inter

ter

st, mul-

ecta vel
peregrinatur.

receptorum
ione ca

er circa
ia pacis
arie ac
negotia

onserua
et at Re

, decidit
sultatio
erpes no

vigilan
civilitas
isfructu
n tam de
tam inter
gram in
ter

ter
apud
liber
L. Simi
si p
L. Ex
cur
gun
regre
fere
L. Te
Ex
pro

V

A
R
E
E
tentiu
niens.

ter ignotos, qui nos corrigunt liberius, & apud quos ignorantiam nostram confitemur libentius.

- L. *Similium*. Apes non ex uno, sed diversis floribus, mella sua colligunt.
- L. *Exemplorum*. Pythagoras, Plato, Lycurgus, Solon, ex antiquis Politici & Legumlatoribus, diuturnis ac remotissimis peregrinationibus indulserunt; & hodie omnes fere nobiles & Politici indulgent.
- L. *Testimon.* Cassiodorus in Epistolis ait: Ex conversatione cum hominibus variis, prudentes reddimur & eruditi.

CAPVT IV.

Vnde petuntur Argumenta in
Genere Judiciali?

Argumenta Generis Judicialis variant pro Statuum diversitate.

Quid est Status?

Est quæstio ex primo contententium partium conflictu proveniens. (m)

C 6

Sive:

Sive: Status in Genere Judiciali est principalis Quæstio, quæ ex prima Acculitoris intentione, ac depulsione Rei, nascitur. E. g. *Accusabatur Milo, quod Clodium occidisset. Fatebatur hoc Milo; sed agebat, jure se fecisse.* Status E. fuit: *Jurene an injuria Clodium interemerit Milo?*

(m) Habet quidem Status locum in reliquis etiam Causarum Generibus: sed hic de eo agemus, qui pertinet ad Genus Judiciale. Vid. Vossii Partitt. Orat. Lib. I. Cap. 6.

Quotuplex est Status?

Triplex: Conjecturalis, Juridicialis & Legitimus.

Quid est Status Conjecturalis?

Cum de facto quidem constat; sed quis fecerit, conjecturis quæritur.

Exemplum legitur I. Regum. Cap. 3. in causa duarum meretricum, ubi constabat quidem, infantem unum, altero salvo, fuisse noctu oppressum; sed utra oppressi,
utra

ciali est
prima
bulgio-
abatur
Fate-
ure se
n in-
?
n reli-
is; sed
met ad
Partitt.

?
idicia-

ilis?

ac; sed

tur.

3. in
constabat
o salvo,
oppressi,
1774

De In

utra (al
operenda
Capp. 7.
fuerit ad
juratio;
particeps

Vnde a

A Vole

Quia pro

se, quod

fertim si

Voluntas

Ira, Od

nalibus

ris. (3)

turalibu

Facultas

corporis

portuno.

Signa sunt

ta, vel Co

antecedunt

clamo; cor

triplatio

utra salvi mater esset, conjecturis erat
quærendum. Sic apud Curtium Lib. VI.
Capp. 7. & seqq. legimus, quod detecta
fuerit aduersus Alexandrum Regem con-
juratio; an vero Philotas auctor ejus aut
particeps sit, quæritur.

*Vnde ducuntur Argumenta
hoc in Statu?*

A Voluntate, Facultate & Signis.
Quia probabile est, id aliquem fecis-
se, quod facere voluit & potuit; præ-
sertim si & Signa accesserint.

Voluntas probatur, (1) ab affectibus, e. g.
Ira, Odio, Amore &c. (2) a Causis Fi-
nalibus, v. g. *Spe commodi vel impunita-
ris.* (3) ab Ingenio, Proprietatibus na-
turalibus & Moribus.

Facultas probatur a potentia, viribus
corporis, opibus, loco ac tempore op-
portuno.

Signa sunt vel Antecedentia, vel Comitanta,
vel Consequentia. Ita eadem factam
antecedunt minæ, comitantur strepitus &
clamor; consequuntur fuga, metus, pallor,
trepidatio &c.

Quandoque & hoc in Statu argumenta fumuntur a Rumoribus, Testibus, Jurejurando & Tormentis.

Exemplum.

Accusatio Philotæ, Conjuratiõis adversus Alexandrum rei, ex cit. Curt. Lib. VI. c. 7. & seqq.

Argumentatio.

- I. a *Voluntate*; Philotam, maximorum a Rege acceptorum beneficiorum immemorem, odio ac invidia adversus Illum semper flagrasse: quod patet (1) ex Literis ad Regem scriptis, post Hammonis oraculum; ubi misereri se eorum scripserat, quibus vivendum esset sub eo, qui modum hominis excederet. (Curt. Lib. VI. Cap. 9. n. 18.) (2) ex superbia Philotæ, ejusq; perpetua regnandi cupiditate, quæ aucta fuerit orbitate Regis. (Curt. Cap. eod. n. 12.) Hinc, quia Rex successore in regno carere videbatur, se proximum, summam ob potentiam, regiamq; gratiam, futurum autumabat.
- II. a *Facultate*; quam probes a) a favore militum; b) ab officio, quia equitatus præfectus;

9.
menta su
s, Jure

ationis
ex cit.

porum a
emorem,
uper fla
ad Re
lum; ubi
us viven
nis exie
18.) (2)
a regnan
itate Re
sine, quia
idebatur,
triam, re
abat.
) a favore
it atui pra
selus;

D
fetho;
Parme
III. a Sig
mo a
iv col
Lib. V
tietate
capiti
consub
inim
Seqvant
indica
plicum
Dym
sibi e
Dei
rium
stius
Maj
argum
Hei si
sem exp
Quid
Cum
jure an

fectus; c) ab auctoritate & potentia patris
Parmenionis, *Media* praefecti.

III. a *Signis*. Videlicet ab averso *Philotæ* ani-
mo a Rege, & amicitia cum hujus inimi-
cis *culta*: cujus documenta vid. apud Curt.
Lib. VI. Cap. 9. n. 17. & seqq. quod so-
cietatem inierit cum *Amynta*, qui *insidias*
capiti Regio in *Macedonia* struxerit; item
connubium, quo *Attalo*, gravissimo Regis
inimico, sororem suam junxerit.

Sequuntur IV. *Testimonia*, *Cebalini*, qui
indicavit conjugationem; aliorumq; com-
plicum *Demetrii*, *Peucolai*, & maxime
Dymni, qui conscientia criminis, mortem
sibi intulerit. (Curt. Cap. 9. n. 5. 9.)
Dein urgeatur intempestivum *Philotæ* silen-
tium, quo detectam ipsi conjugationem re-
ticuit; quod capitale est in crimine *lese*
Majestatis, & certissimum *subleste* fidei
argumentum.

Hæc si non sufficiant, *Tormentis* verita-
tem exprimendam *svadeas*. Cap. XI. n. 10.

Quid est Status Juridicialis?

Cum de eo, qui fecit, constat, sed
jure an injuria quid factum sit, aut
fiat,

fiat, quæritur. E. gr. Jurene Brutus, Cassius, & reliqui conjurati, Julium Cæsarem interfecerint?

Quotuplex est Status Juridicialis?

Duplex: Absolutus & Assumptivus.

Qvis est Status Absolutus?

Cum ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, jure factam dicimus, sine assumptione extraneæ defensionis; ut: *Occidi, sed insidiatorem, sed latronem &c.*

Vnde sumuntur Argumenta hoc in Statu?

A Lege Naturæ, Lege scripta, Æquitate, More vel Consuetudine, Utilitate publica, Judicato sive Exemplo, & Pacto.

Exem-

Brutus,
uliam

ni-

imti-

s?

fecif.
imus,
ulio-
orem,

nta

ta, A-
udine,
Exem.

Exem.

Vt
a

A Na
A Leg
Lib.
cum
est.

A Con
men

Ab A
aut
mu
pos

Ab Vi
in a
man

re tr
A Jud
Titu
absol

A Pa
semel
dem.

Exemplum I.

Vt, si quis occiderit furem noturnum, recte se fecisse probabit

A Natura, quae docet vim vi repellere.

A Lege XII. Tabb. apud Macrobiuum Lib. I. Saturn. Cap. 4: Si nox furtum factum sit, si in aliquo occisit, jure casus esto. Confer Legem Exod. Cap. XXII. 2.

A Consuetudine, quia ab omni seculorum memoria mos iste obtinuit.

Ab Aequitate, quae dicitur, ut ne, si in viam aut insidias inciderimus, ejus vita parcamus, cui sine periculo nostro parcere non possumus.

Ab Utilitate publica. Quis noctu securus in aedibus suis, vel in urbe vel agro, permanserit, si hoc medio non licuerit servare tranquillitatem publicam?

A Judicatio sive Exemplo; ut si dicamus, Titium & Mevium in simili causa fuisse absolutos.

A Pacto, si possit ostendi, furem illum jam semel dimissum, fecisse contra dictam fidem.

Exem-

Exemplum II.

Matth. XXII. v. 16. & seqq. *Pharisæi per ministros suos & Herodianos hanc quæstionem proponunt Christo: Licet Cæsari censum dare, nec ne? Ad quam Servator, cognita inscriptione numismatis census, affirmantem in partem respondet: Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris.*

Argumenta, quæ probent, Cæsari censum jure dandum esse:

- I. *A Lege Natura; quæ docet, Suum cuiq; tribuendum; atq; uti parentibus nostris, ita summo Magistratui, cujus unius spiritu omnes vivimus, reverentiam, obsequium ac reliqua debita persolvenda esse.*
- II. *A Lege scripta. Moses Legulator vester præcipit obedientiam erga Magistratum. Vestris igitur ipsorum Legibus Cæsari dare censum tenemini. (Nos Christiani addere possumus Rom. XIII. v. 1. & 7.)*

III. Ab

. Pha.
Hero-
propo-
ensum
vator,
matis
em re-
& sunt

ensum

um car-
ostri, ita
us spirita
equium et

alator ve-
Magistra-
egibus Ca-
Nos Chri-
XIII. v. i.

III. Ab

III. Ab
Sme

ta

prop

der

gent

dis,

queu

ment

pro

IV. A

gent

tur,

ffici

Ep

gisti

V. A

gro

ali ep

betis.

Quid

Qui

infirmi

III. Ab *Æquitate & Utilitate publica*:
Sine censu, vectigalibus & tributis, civi-
tas & Resp. nulla conservari potest. Qua-
propter *Æquum Bonumq;* publicum id fra-
det, ut censum *Cæsari* detis. (Nec *qvies*
gentium sine armis, nec *arma sine stipen-*
diis, nec *stipendia sine tributis* haberi
queunt. Tacit. Hist. IV. 74. Hec orna-
menta pacis sunt, & subsidia belli. Cic.
pro L. Manil.)

IV. A *Consuetudine & Exemplis*. Per-
gentes omnes hæc consuetudo æque custodi-
tur, ut parentes Imperantibus sua præstent
officia, animo & opera. *Jacob* certe in
Ægypto aliq; patres, infidelibus etiam Ma-
gistratibus sic paruerunt.

V. A *Pactō*. Censum *Cæsari* promisisti, ex
quo agnovisti eum dominum & subjecti fa-
cti estis. Ergo jure omni pendere illum de-
betis.

Quid est Status Assumptivus?

Qui, quoniam causa per se est
infirma, extrinsecus assumit au-
xilia,

xilia, vel per Translationem, vel Purgationem, vel Deprecationem.

Quomodo per Translationem?

Cum culpam rejicimus vel in Personam aliam, vel in eam, quæ malum accepit. Prioris exemplum: *Occidi, sed jussu Dictatoris.* Posterioris exemplum: *Orestes culpam interemitæ Clytemnestra dimovebat a se in matrem ipsam, quæ occidi curaverat maritum Agamemnona.*

Quæ sunt præcipua Capita Translationis?

I. *Utilitas publica;* quæ probatur ex commodis ad totam Remp. ex facto illo redundaturis.

II. *Honestas;* quæ probatur, si pietatis, justitiæ, aut pudicitia defendendæ gratia aliquid commissum esse dicamus.

Quo-

m.

n, Va
onem.

nem?

in Per-

ra ma-

olum:

Poste-

m in-

at a se

CHRA

ita

obatur

ap. ex

ur, si

itia de

nissum

Qvo.

De
Quon
Cum
lum au
Vna
A Ne
Perturb
rus & c
Sic O
po
pa
- p
I. A N
sum
thu.
II. A C
in sy
propy
larus
ajunt
nem
III. Ab
dis

Quomodo per Purgationem?

Cum factum concedimus, sed dolum aut culpam removemus.

*Vnde sumuntur Argumenta
Purgationis?*

A Necessitate, Casu, Ignorantia, Perturbatione iræ, amoris, metus &c.

*Sic Orator nomine populi excusare
posset Jonathanem, cum Saul
pater ipsum ad supplicium rapere vellet; 1. Sam. 14.*

- I. A Necessitate. Gustavit Jonathan mel, summa famis & langvori necessitate coactus.
- II. A Casu; quod fortuito & casu devenerit in sylvam istam, ubi fluebat mel; nec ex proposito, sed a regia via desectens, eò delatus fuerit. Ipse credidit, divina, quod ajunt, virgula sibi hanc obtigisse occasionem se recreandi.
- III. Ab Ignorantia. Jonathanem ignorasse dicas edictum hoc; ipsumq; non audivisse
(v. 27.)

(v. 27.) quod Pater adjuraverit populum, ne ad vesperam usq; quicquam hic comederet.

IV. Ex affectu Amoris erga se ipsum, & languentem populum, id factum esse: jam vero ipsam naturam hunc homini amorem indidisse, ut se conservet, inq; summa fame & langvore refocillet. Dein quoq; sermo fiat de affectu Gaudii publici, quod ortum erat ex latissima Jonathanis victoria ab hoste reportata. (Vid. v. 45.)

Quomodo per Deprecationem?

Cum nulla adhibetur excusatio, sed venia petitur.

Vnde sumuntur Argumenta Deprecationis?

Ab Ætate, Bene meritis, Vita antea honeste acta, Familiæ dignitate, Intercessione amicorum, Spe emendationis vitæ &c.

Exem-

ulum,
come-

, &
e: jam
morem
na fa-
s fer-
quod
vicio-

m?
ratio,

nta

ta an-
nitare,
emen-

Exem-

DE

Orator
Alex

ignot
VI.

I. ab
juveni
xerit.

II. a Be
dri fo
me fo
quod
glori
rian

III. a
Ale
sient
die R
slix j
figana
fortiu

IV. a Fa
menton
jam ol

Exemplum.

Orator deprecatum venire posset ad Alexandrum, ut hic reo Philote ignoscat. Vid. Curt. versus fin. Lib. VI. & init. VII.

- I. *ab Aetate; quod aetas lubrica & fervor juvenilis ad conspirationem hanc eum illerit.*
- II. *a Bene meritis; quod a teneris Alexandri socius & commilito fuerit, ac novissime summus equitum praefectus constitutus; quod multa praelia fortiter commiserit in gloriam & utilitatem Alexandri, victoriamque non unam ab hostibus reportaverit.*
- III. *a Vita antea honeste acta; quod Alexander per omnem vitam a Philote sciante nunquam offensus fuerit; imo quod hic Regi summam semper praestiterit in consiliis fidem, in negotiis industriam, in profligandis hostibus ac sopiendis seditionibus, fortitudinem ac felicitatem.*
- IV. *a Familia dignitate; imprimis Parmenionis patris, qui summus ac fidiissimus jam olim apud Philippum minister fuerit, & nunc*

& nunc quoque apud Alexandrum sit Purpuratorum primus, qui Illyricos vicerit, ipsam Asiam Regi aperuerit, jamque potens sit Media Prefectus.

V. ab *Intercessione amicorum*. Hic dici potest v.g. Intercedunt pro Philota Perdicas, Leonnatus, Amyntas, imò universus Equitatus pro Duce suo.

VI. a *Spe emendationis vite*. Speramus, venia gratiaque Regia Philotam emendatum iri. Victus hic tanto beneficio, salutem suam ac vitam unice debet Regi. Parmenio etiam pater, Dux meritisimus, fide & obsequiis hanc venia gratiam studebit demereri.

Quid est Status Legitimus?

Est controversia de sententia Legis.

Quot sunt ejus Species?

Quinq; : Status Definitionis, Ambigui, Contrariarum Legum, Scripti ac Sententiæ, & Ratiocinationis.

Quid

7.

si Pur-
rit, ipfam
si Me-

Hic dici
Perdu-
versus

ramus,
carum
salutem
Par-
us; fide
Quod

us?
tia Le

?

s, Am-
a, Scri-
cinatio-

Quid

[Faint, illegible handwritten text]

one Drittig Leit.

Gravitation.
by Landung.

Veram... in...
in...
#

Veram...
Fratrem...
verberato.

De T...
Quid es...
Quo q...
alicujus...
stio, q...
sic apper...
terius ab...
riat, i...
Sacrileg...
Qu...
Cum...
vox-leg...
aliqvoc...
fication...
Testame...
argenteo...
es, que v...
sute calat...
tu idem f...
tur, adat...
vel ipsa.

*Quid est Status Definitivus
seu Finitivus?*

Qvo quæritur de vera Definitione alicujus Facti vel Rei. *Sive* est quæstio, qvo nomine factum aliquod sit appellandum? v. g. *Librum alterius abstulit alter in templo.* Quæritur, *Vtrum factum hoc dicendum Sacrilegium, an furtum simplex?*

Quid est Status Ambigui?

Cum disceptatur, qvo accentu vox legi debeat; aut qvò verbum aliquod debeat referri, aut qva significatione sumatur. E. g. *Exstat in Testamento: Heres meus vasorum argenteorum pondo centum novercæ, quæ volet, dato! Splendidiora ac scite calata quæq; petit noverca; petit idem filius. Ut ambiguitas tolleretur, addi oportebat: quæ volet ipse, vel ipsa.*

D *Quid*

Quid est Status Contrariarum Legum?

Cum vel duæ Leges (par ratio est Testamentorum, Pactorum & similibus) pugnant inter se, vel pugnare saltem videntur: vel unius Legis duæ partes colliduntur.

Duarum Legum exemplum: Lex una est, *Tyrannicida statua ponatur in Gymnasio.* Altera: *Ne mulieri statua collocetur in Gymnasio. At est mulier, quæ tyrannum sustulit.*

Duarum unius Legis partium exemplum: *Rapta raptoris mortem eligat vel nuptias.* Est, *qui duas rapuit, quarum una mortem, altera nuptias eligit.*

Quid est Status Scripti & Sententia?

Status de scripto & sententia (sive de verbis & voluntate) est, quando pars una litigantium verbis Legis, (Testamenti aut Pacti) altera ejusdem nititur sententia. Ut, Lex est: *Pe-regrinus, qui mænia ascenderit, capitis*

tim.
riarum
ratio est
& simi
l pugna
us Legis
una est,
Gymnasio.
Uacetur in
tyrannum
emplum
del. nupia.
in una mu-
Es Sen.
tia (fire
, quando
egis, (Te
a eiusdem
ax est: Pe
nderit, ca
pu

Finis Grammaticae Mörder

Finis et finis Grammaticae per se

Das Wort noch,
von dem noch noch.
Das ist die
Anweisung zu dem

pitius
nu, a
derit,
dejece
voiz. a
Quia
Cui
Lege
li, de
est: L
At est
cu, m
V
Ex
gia, C
Finis &
ritate r
inter f
Et
uberius
præcip

pitis supplicio afficiatur. Est peregrinus, qui in obsidione muros conscenderit, & hostem scalis adscendentem dejecerit; Tō ōntō accusatur, tñ Stavoia defenditur.

Quid est Status Ratiocinationis?

Cum res, de qua non est propria Lege cautum, colligitur ex re simili, de qua statutum est lege. Vt Lex est: Qui patrem pulsarit, plectatur. At est, qui matrem pulsaverit. Dices, nihil interesse.

Vnde petuntur Argumenta
in Statu Legitimo?

Ex Loco Definitionis, Etymologia, Consequentium, Oppositorum, Finis &c. Item ab Æquitate, Auctoritate rerum judicatarum, & Legum inter se comparatione.

Et hæc quidem Rhetores antiqui uberiùs sunt persecuti, quoniam præcipuus Oratoriæ usus tunc fuit in

foro ac iudiciis. Hodie vero, uti supra praeemonui, Jctis magis quam Rhetoribus ista sunt relinqvenda.

CAPVT V.

Vnde petuntur Argumenta in Genere Doctrinali?

F Locis Topicis; sicuti supra circa finem Cap. I. Lib. II. dictum est, & monstratum Exemplo: CASTITATI STUDENDVM.

Additur hîc speciale Exem-
plum.

*Philosophia Practica praeseren-
da Theoretica.*

Ex Loc. *Enum. Partium* dicas, Stoicos Philosophiam dividere in *Moralem, Naturalem & Rationalem*; Scholasticos in *Theoreticam & Practicam*. Hanc illi videri praeserendam &c.

Ex Loc. *Causse Fin.* *Theoretica* Finis est *speculari & veritatem* inquirere; *Practica*, be-

tm.

vero, un
gis quam
venda.

enta in

ora circa
tum est,
CASTI

Exem-

eseren-

s, Scien
lem, Nau
holasticos in
Hanc illu

tica Fini
ere; Prui
ca, h

I
te,
Van
Ex Loc
en d
gend
para
Cogn
Oppo
rorib
Ex Loc
telle
lectu
ti est
Indu
ni, d
cis.
bene
Ex Loc
tonis,
vilem
ac imp
Cicero
dux!
Philos
Spiritu

ca, bene & honeste agere. Bonum autem Vero praestantius.

Ex Loc. *Causa Mater*. *Materia Practica* est doctrina de Virtutibus, Officiis & regenda Civitate. Hic (1) instituatur Comparatio inter Virtutes & nudam rerum Cognitionem. (2) Illustretur ex Loc. Oppositorum, a contrariis Vitiis & Erroribus, quorum illa his sunt pejora.

Ex Loco *Effectorum*. *Practica* perficit Intellectum & Voluntatem; *Theoretica* Intellectum. *Practica humana ac civili societati* est utilior ac fructuosior. Probetur hoc Inductione Utilitatum, quas affert homini, domui, civitati, tempore Belli & Pacis. Caterum & Deo gratiores reddimur bene agendo, quam bene speculando.

Ex Loco *Testimoniorum*, Socratis & Platonis; item Aristoteli, qui Prudentiam Civilem, reliquarum scientiarum principem ac imperatricem vocat. 1. Nicom. II. n. 4. Ciceronis V. Tuscul. O vita Philosophia dux! &c. Seneca Ep. 20: Facere docet Philosophia, non dicere &c. Imò ipse Spiritus S. 1. Cor. XIII. 2.

In Confutatione Ex Loco *Adjunctorum*,
 Object. (1) In Theoretica major est cer-
 titudo. R. Firma quog, dantur demonstra-
 tiones in Philosophia Morali, quæ effata sua
 superstruit fundamentis Juris Naturæ.
 Object. (2) Theoria plus habet otii &
 tranquillitatis. R. Προξενος, si motus ani-
 mi sint sedati, summa etiam tranquillitas.
 Vel: Actiones & Negotia Practicæ sunt
 præstantiora, quam otium Theoreticæ.
 Object. (3) Theoreticam esse jucundio-
 rem. R. Incertum! Actiones sane virtutum
 summam animi voluptatem pariunt &c.

[Ad Genus hoc pertinent *Orationes Muretii* in
 Volum. I. Oratio IV. de Philosophiæ & Elo-
 quentiæ Conjunctione; X. de Sui Cognitione,
 deq, omnibus humani animi facultatibus;
 XVII. de Doctoris Officio, deq, modo Jurispru-
 dentiam docendi. Et in II. Volumine, a ter-
 tia Orat. plerq, omnes usq, ad XIX. Ac
 nonnullæ Philipp. Melanchthonis habitæ ad
 dicta quædam Scripturæ. Quomodo vero
 Textus sacri pro concione fiat explicandi,
 edocebunt accuratiora Theologiæ Homile-
 ticæ Compendia.]

im.

ctorum,
or est cer-
demonstra-
e effata sua
Natura.
bet uti &
motus ani-
opillita.
tica sunt
neoretica.
undiozem.
virratum
unt &c.

Mureti in
bia & Eli-
Cognitioni,
acultatibus;
do Jurispru-
dine, a ter-
XIX. Ac
habita ad
modo vero
explicandi,
gia Homile-

CAPT

Qu

E
g
liat.
Gracis
munt
torum

Qu

Si C
ut ex
bicas.
(4) B

Qu

Si ca
nionem
quod ip
perans
& a co

CAPVT VI.

*Quæ sunt Argumenta Con-
ciliantia?*

EA, quibus Orator auditorum
gratiam & amorem sibi conci-
liat. Hinc dicuntur *Conciliantia*; &
Græcis ἡθῶν, *Mores*, quoniam desu-
muntur vel ab Oratoris vel ab Audi-
torum Moribus.

*Quomodo desumuntur ab Ora-
toris Moribus?*

Si Orator ita stylum moderetur,
ut ex sua Oratione eluceat (1) Pro-
bitas, (2) Prudentia, (3) Modestia,
(4) Benevolentia erga Auditores,

Quomodo elucet Probitas?

Si ea loquatur, unde excitare opi-
nionem audientibus de se possit,
quod ipse sit Vir bonus, justus, tem-
perans, aliisque virtutibus præditus,
& a contrariis vitiis alienus.

[Hinc & veteres definiabant Oratorem, quod sit *Vir bonus, dicendi peritus.* Et est sane efficacissimum Persuadendi medium, vita & exemplo persuadere proprio.]

Quomodo elucet Prudentia?

Si ea disserat, quæ ostendant, illum Causam, quam tractat, intelligere, sibi quæ & aliis consulere posse.

Quomodo elucet Modestia?

Si moderata sui extenuatione, observantiæ & grati animi testificatione, precibus item ac votis, se animis auditorum insinuet.

Quomodo elucet Benevolentia?

Si dictis suis præ se ferat singularem amorem ac favorem erga Auditores. Bene enim velle credamur opus est, si persuadere velimus.

Quomodo desumuntur ab Auditorum Moribus?

Quando Orator hos probe perpendit, suamque orationem accommodat

m.

rem, quod
Et est factum
m, vita d

ntia?

ant, il-
intelli-
posse.

ia?

ione,
tifica-
is, se

ntia?

ngula-
ga Au-
lamur
s.

Au-

oe per-
accom-
modat

modat
rum lo
tate.

Qu

Si
que c
milices
tes, co
ram C
ram l
diunc

[Justi
suo
qu
m
de
ad
illa
rum
lum
Jud
ex
omo
qros
Que
est,

1740

modat ad ingenia & mores Auditorum suorum, pro ipsorum diversitate.

Qua ratione hoc præstabit?

Si v. g. cum doctis ea loquatur, quæ docti, coram militibus, quæ milites, coram divitibus, quæ divites, coram senibus, quæ senes, coram Germanis, quæ Germani, coram Italis, quæ Itali libenter audiunt; & sic de cæteris.

[Justianus Libr. XI: Alexander circumspectus suos, singulas gentes diversa oratione alloquitur; Illyrios & Thracas opum ac divitiarum ostentatione, Græcos veterum bellorum memoria internecivæ, cum Persis odii accendebat: Macedones autem nunc Europæ hinc admonet, nunc Asiæ expeitæ; nec inventas illis toto orbe pares vires gloriatur. Cæterum & laborum finem hunc & gloriæ cumulum fore. Cap. 9. Et S. Paulus: Factus sum Judæi ut Judæus, quò Judæos lucrifacerem; ex legibus ut exlex, ut lucrifacerem exleges; omnibus factus sum omnia, ut omnino aliquos servarem. 1. Cor. IX. 20. & seqq. Quem ad locum Erasmi Paraphrasis digna est, quæ legatur.]

CAPIT

D 5

Vnde

*Vnde verò discet, quid cuiq; ho-
minum generi jucundum sit
auditu?*

Ex libris, qui de Moribus varia-
rum Ætatum, Sexuum, Nationum,
Rerump. &c. scripti sunt, e. g. ex
Aristotelis Lib. II. Rhetor. Cap. 13.
14. & seqq. ubi agitur *de Moribus*
Juvenum, Senum, Virorum, Nobi-
lium, Divitum &c. Ex *Horatii Arte*
Poëtica, Scaligero de Arte Poët. Lib.
III. Capp. 13. 14. 15. seqq. *Barclaii*
Icone Animorum; Besoldo de Naturis
Populorum, Bodino Lib. V. de Rep.
Cap. I. aliisque.

[Atque inde Oratio, in qua sunt H^{S} sive Mo-
res tum Oratoris, tum Auditorum, vocatur
Morata. Et H^{S} quidem, quibus Orator
ratione suæ personæ utitur, in Exordio po-
tissimum adhibentur. Morum vero confi-
deratio respectu Auditorum, subinde di-
spergitur per totam orationem.]

g. ho.
lit

varia
num,
g. ex
13.
ibus
Nobi-
Arte
Lib.
arclaii
aturis
e Rep.

ive Mo-
vocatur
Orator
edio po-
ro confi-
inde di-

CAPIT

Qu

Qu

rum
tiam,

[Hom
& A
trab

Aff

appetit
jecto b
lud fec

[Arist
q^{na}
can

habe
pro
jucun
qui at

Annon

Vitq

CAPVT VII.

*Quæ sunt Argumenta Com-
moventia?*

Quibus Orator in animis Audito-
rum varios movet affectus, ut *Lati-
tiam, Tristitiam &c.*

[Homines enim non Rationibus tantum, sed
& Affectibus, imo his sapius, ducuntur vel
trahuntur.]

Quid sunt Affectus?

Affectus Gr. τὰ πάθη sunt motus
appetitus sensitivo - rationalis, ab ob-
jecto bono vel malo excitati, ad il-
lud sequendum, hoc fugiendum.

[Aristoteli dicuntur *Animi commotiones*, per
quas mutati homines aliter atq; aliter judi-
cant. Ita qui amat, pro delicto aliquid non
habet, aut pro exiguo; contra, qui odit,
pro magno. Item, qui concupiscit id quod
jucundum est, bonum etiam esse censet; at
qui affectu hoc caret, non item.]

*Annon de Affectibus etiam agunt
Physicus & Ethicus?*

Vtque. Physicus in Causas eo-
rum

rum naturales inquirat; Ethicus eorum rectum in vita usum docet. Rhetor autem de iis agit, quatenus conducunt ad persuadendum; & quomodo in animis Auditorum tum moveantur, tum sedentur, explicat.

De quibus Affectibus precipue agere solet Rhetor?

De iis, qui secundum diversa Caussarum Genera excitari solent. Alii enim Affectuum magis locum habent in Genere Demonstrativo, alii in Deliberativo, alii in Judiciali.

Qui Affectus magis proprii sunt Generi Demonstrativo?

Quia ad hoc Genus referuntur Orationes Panegyricæ, ut *Epinicia*, *Nuptiales*, *Natalitia*, *Funebres* &c. Item quibus laudantur & vituperantur Personæ ac Res, locum hic præ cæteris inveniunt *Læticia* & *Tristitia*, *Amor* & *Odium*.

Quid

m.

icus eo-
docet.
vatenus
am ; &
itorum
tur, ex-

ripue

diverſa
ſolent.
locum
rativo,
udiciali.

ii ſunt

eruncur
imicia,
ores &c.
uperan-
hic pre
Triftitia,

Leib

*Im Jahr 1740. Handgeſchrieben.
Jo. Deum.*

De la

Q

Lacitia
sentis bon
voluptate

Quom

Monstr
vel alteri

(2) Magn
quanto p
rior sic p
lara affer

De Bu

I. Boni C

illud a Ch
to obtigit
titer est e

II. Boni. M

unpugnab
urbs, sex
instruita p

Quid est Letitia?

Letitia est affectus, quo ex presentis boni fruitione animus suavi voluptate perfunditur.

Quomodo movetur Letitia?

Monstrando Boni, quod nobis vel alteri obtigit, (1) Certitudinem, (2) Magnitudinem; (3) Ostendendo, quanto praesens & futura fortuna potior sit praeterita: (4) Res aut Signa laeta afferendo.

Exemplum

De Buda expugnata A. 1686.

- I. *Boni Certitudo*) Nunc tandem bonum illud a Christianis dudum desideratum, certo obtigit, & Buda die 2. Septembris fortiter est expugnata.
- II. *Boni Magnitudo.*) Buda, inquam, metropolis olim ac sedes regia Hungaria; urbs, sex constans urbibus, & munitissimis instructa propugnaculis ac praesidiis &c.

D 7

III. *Præ-*

III. *Præsens & futura fortuna potior præterita.*) Quantum emolumentum inde accedet Christiano orbi, imprimis Hungaria? Quot Christiani partim in ipsa urbe, partim in vicinia habitantes, ab atroci Turcarum servitute & impietate sunt liberati? Quoties urbs hæc a fortissimis Cesaribus & Regibus Hungariae frustra fuit oppugnata? Nunc vero in conspectu Turcici exercitus fortiter expugnata, & præda in urbe facta opulentissima.

IV. *Res & Signa læta.*) Ex Aula Casarea omnem per Europam nuntii jam sunt emissi. In Hungaria, in Austria, totoque Imperio Romano - Germanico, plurimis in templis Deo aguntur gratiæ, tormenta exploduntur, campanarum ac tympanorum sonitus audiuntur; noctes accensis funalibus ac missilium ignium joci vertuntur in diem &c.

Quid est Tristitia?

Est affectus, quo animus dolore afficitur ex præsentia mali, quod nos aut nostrorum quæmpiam affligit.

Quo-

atim.

una portio
umenti indi
nis Hunga-
ipsa urbe,
atroci Tur-
ut liberati?
esaribus &
pugnata e
exercitus
rbe facta

a Casarea
unt emi-
otog, Im-
urimus in
tormenta
spanorum
funalibus
untur in

s dolore
vodnos
affligit.
Qv

D
Quomodo
Quomodo
est ratio
titudine
Ostende
fortuna
& Signa

De In

I. Mali
bactens
nomin
& ind

II. Mala
O exit
a civib
cum qv
urbis ta
mane inc
palatia
sumenda

III. Fortu
hette ta

Quomodo movemus Tristitiam?

Quoniam Oppositorum eadem est ratio, hic monstres Mali (1) Certitudinem; (2) Magnitudinem; (3) Ostendas, quanto præsens & futura fortuna deterior sit præterita. (4) Res & Signa tristia afferas.

Exemplum I.

De Incendio Spirensi A. 1689.

- I. *Mali Certitudo.*) Sperabamus quidem hætenus meliora omnia; sed nunc eheu! nomine Regi imperatum nobis est exilium, & indictum certissimum urbi incendium.
- II. *Mali Magnitudo.*) O quanta miseria! O exilium acerbissimum, intra paucos dies a civibus atq; incolis omnibus, & in hosticum quidem suscipiendum! O deploranda urbis tam celebris & antiquæ ruina! O immane incendium, quo templa, monasteria, palatia, monumenta vetustissima, sunt consumenda &c.
- III. *Fortuna nunc deterior.*) Ecquæ hæc talia ante biennium somniare ausus fuisset?

fuisse? Quam alta in pace tunc viximus
& tranquillitate? Nunc aru & focu nostris
tam triste dicendum Vale, dulcesq; penates
flammis relinqvendi!

IV. *Res & Signa tristia.*) Discurrunt in
urbe passim milites ac lictores, nobis trans
Rhenum iter omne interclusuri; advehun-
tur jam multi currus pulvere pyrio, sulphu-
re, pice, variaq; futuri incendi materia
onusti: auduntur ubiq; ejulatus, lamenta,
ploratus &c. jamq; animo & oculi presu-
mitur horrenda urbis catastrophe.

Exemplum II.

De Morte Patroni.

- I.) Eheu! præter spem ac vota nostra, Me-
dicorum etiam promissa, Patronus tandem
animam efflavit.
- II.) Amisit patria insigne ornamentum, &
Virum animi, corporu & fortuna dotibus
instructissimum. Amisimus nos non Patro-
num, sed Patrem, qui nos consilio juvit &
auxilio; qui studia nostra sustentavit, au-
xit, & mille nos cumulavit beneficiis.
- III.) Jam demum intelligemus, quantum ami-
serimus boni. O quem similem ipsi invenie-

...

...vixima
sua nostri
...penates

...ocurrunt in
nobis trans
advebua-
...sulphu-
...materia
...amenta,
...in prasu-

...stra, Mi-
...tandem

...ntum, &
...na docibus
...non Patro-
...lio juria &
...ntavit, qu-
...nesficiis.
...tantum ani-
...si invenit

D

mus R
gum m
ta he i

W.) Ne

rem ex

acerbo

nunc ot

ria, fih

Amo

& Cono

num ap

appeto

nevoler

opramu

pro vir

mor Co

pendens

crum, n

matur.

Quomo

Orato

& benev

mus Patronum? Ad quem deinceps refugium nostra habebunt Muse? Imo prostrata he jacebunt, omniq. patrocinio privata.

IV.) Nec nos solùm coniecti sumus in mœrorem ex obitu tanti Viri, sed & lacrymis acerbissimis deplorant eum vidua, liberi nunc orphani; lugent atrata templa, curia, scholæ; audiuntur passim lamenta &c.

Quid est Amor?

Amor est duplex, Benevolentia & Concupiscentia. Ille est, quo bonum appeto alteri; hic, quo bonum appeto mihi. Adeoque amor Benevolentia est affectus, quo alicui optamus, quæ bona putamus, eaq; pro viribus efficere studemus. Amor Concupiscentia est affectus propendens ad id, quod bonum, pulchrum, nobisque conveniens existimatur.

Quomodo movemus Amorem?

Orator quia ratione sibi amorem & benevolentiam Auditorum concilia-

ciliare queat, præcedente Cap. dictum est. Si vero alteri, de qua loquimur, *persona* aliorum amorem volumus conciliare, tunc commendanda est illa (1) *ab Animi præsertim Corporisq; pulcritudine, Pietate, Candore, Modestia, Eruditione, ardore discendi, ingenuo vultu &c.* (2) à *Genere honesto, & Parentum præclaris meritis;* (3) à *Voluntatis ac Studiorum similitudine.* (4) *Vtilem ac jucundam illius conversationem & usum fore, pollicendum &c.*

[Exempli loco esse possunt Plinii Epistola 14. Lib. I. item 13. Lib. II. aliæque tum apud eundem, tum Ciceronem, commendatitiæ.]

Si vero *Rei* (v. g. *Virtuti, Scientiæ &c.*) amorem velis conciliare, ejus *Præstantiam, Pretium, Pulcritudinem, Vtilitatem, Jucunditatem* ob oculos ponas.

E. g. *Si in animis audientium Amorem Justitiæ accendere velis, monstretur*

I. Præ-

sim.

Cap. di
de qua
amorem
ommen-
vi praefer-
Pietate,
one, ar-
leu &c.
rentum
tatis ac
) Vilem
ationem
c.
Epistola 14
re tum apud
mendatiz.]
i, Scien-
nciliare,
Pulcri-
ndiratem
entium &
ndere ve.
I. Pro

D
I. Praefat
na & r
cellentij
Deor.
secund
vaporib
II. Pretri
omnes
Gr. C
pali
fessio
III. Pul
5
Luci
Dela
stiffi
IV. V
ac m
ut pa
vite
Sic de
perta
rum
huic
bonum

I. *Præstantia.*) *Justitia est omnium domina & regina virtutum; Cic. 3. Off. Excellentissima virtus Justitia; I. de Nat. Deor. Est Complexus omnium virtutum; secundum versum Theognidis: Εὐ τε δίκαιοσύνῃ &c.*

II. *Pretium.*) *Superat omnia Cæsi talenta, omnes mundi thesauros; & secundum Gr. Comicum, τρόπος δίκαιος ἄψιμα τιμιώτατον, Justi mores, pretiosissima possessio.*

III. *Pulcritudo.*) *Dicitur Aristoteli καλλίστη, pulcerrima, & quidem Hespero atq; Lucifero splendidior. Sic & in Carmine Deliaci Pulcerrimum dicitur, quod est Justissimum, καλλίστην τὸ δίκαιοτάτων.*

IV. *Utilitas.*) *Justitia unicuiq; reddit suum; ac mille affert præmia & commoda. Justus ut palma florebit; & fructus ejus, lignus vite: Proverb. 10. Plato Lib. X. de Rep. Sic de Viro justo existimandum: Sive pauperati, sive morbis, seu quibusvis aliis eorum quæ mala videntur, obnoxius sit, huic demum vel viventi vel mortuo ad bonum aliquid ista conducere.*

V. *Jucun-*

V. *Jucunditas.*) Idem divinus Philosophus Virum justum Dei amicum vocat in Philebo. Quid vero Amicitia Dei dulcius, quid jucundius? Non contristabit justum, quicquid ei acciderit; Proverb. X. Isq; sicut cedrus Libani multiplicabitur; *Ecclef. Psal.*

Quid est Odium?

Odium pariter est duplex: Inimicitiae & Aversationis. Illud est affectus, quo alicui optamus, quæ mala putamus, eaque pro viribus efficere studemus. Hoc, affectus, quo quis averfatur & a se removendum studet, quod malum & inimicum sibi judicat.

Quomodo excitamus Odium?

Si de *Persona* sit sermo, dicatur: (1) Illa te omni, quantum potest, malo afficit; (2) odio te prosequitur, cum te maxime amare debeat; (3) tuis gaudet calamitatibus; (4) cunctis in

im.

Philosophu
cat in Phi-
et dulcius,
it iustum,
X. Isq. fi-
; Beate
P/ab

17. 92. v. 13. D. gratia ad quoniam vi in Galen
ut ad walfon, ut in Epist
fibanon.

Inimi-
est affe-
va ma-
ous effi-
cus, quo
vendum
imicum

dium?

dicatur:
n potest,
sequitur,
beat; (3)
(4) cun-
Etis in

De
dis in re
si pra te
merus t

Si d
ejus ac
rem, N
exagger

Quo
n
ac
ta

Ob In
Vit
tie,
non
fir, c
cum
rus.
teri,
tus es
I-gra
son.

Etis in rebus tibi contrariatur; (5) et-
fi præ se quandoq; ferat comitatem,
merus tamen fucus est & fallacia &c.

Si de *Re* sit sermo, Indignitatem
ejus ac Turpitudinem, Deformita-
tem, Nocendi vim, Molestiam &c.
exaggeres.

Quoniam Vitia odisse debemus, non Ho-
mines, monstrabo, quomodo Odium
adversus Ingrati animi vitium conci-
tari queat.

Ob *Indignitatem & Turpitudinem.*)

*Vitium hoc repugnat Veracitati ac Justi-
tiae, dum accepta beneficia non agnoscit,
non prædicat, sed dissimulat; nec, cum pos-
sit, compensat. Dixeris maledicta cuncta,
cum ingratum dixeris; ait Publius Sy-
rus. Erunt latrones, tyranni, fures, adul-
teri, proditores; infra ista omnia ingra-
tus est: Seneca Lib. I. de Benef. Cap. 10.
Ingrato homine terra nil pejus creat. Au-
son.*

Defor-

Deformitatem.) Petr. Cunitus:

*Ingratus est vitandus, ut dirum scelus;
nil cogitari pestilentius potest,
nec esse portentosius quicquam, puto &c.*

Nocendi vim.) *Ingratus tum sibi nocet,
tum aliis; quando facit, ut ardor benefa-
ciendi in multis refrigescat.* Publ. Syrus:
Ingratus unus miserum omnibus nocet.

Molestiam.) *Molestum & Injucundum est,
pro beneficiorum copia onerari contumelias.
Molestum, pro bono recipere malum, &
are suo emere gravem inimicum; aut ab
ingrato hospite bonis suis expelli.* Vid. Se-
neca Lib. IV. de Benef. Cap. 37.

*Qui affectus magis proprii sunt
Generi Deliberativo?*

Quia ad hoc Genus referuntur O-
rationes *Suasoria, Disuasoria, Hor-
tatoria* &c. locum hic præcipue in-
veniunt, *Spes, Metus & Æmulatio.*

Quid est Spes?

Est affectus, quo bonum futu-
rum, idque possibile, nobis pollice-
mur.

Qua-

im.

as:

rum scelus;

,pato &c.

sibi noet,

or benefa-

l. Syrus:

er.

adum est,

ntumelis.

atum, &

; aut ab

Vid. Se-

7.

rii sunt

?

antur O-

ia, Hor-

ipue in-

mulatio.

um fan-

is pollice

220

De

Quom

Si ost
posse; &

(3) si a
mentor

(4) a pa
necessar

Si favor

Si qui

expug

1. Fier

idq; in

ruffis

2. Et ja

1453

quo te

tior fu

Impera

Quatio a

*Quomodo movetur affectus
Spei?*

Si ostendatur (1) Fieri aliquid posse; & (2) factum jam sæpius esse: (3) si adversariorum (aut impedimentorum) vires non adeo magnas, (4) a parte autem nostra, subsidia necessaria adesse, demonstratur. (5) Si favor divinus promittatur.

Exemplum.

Si quis Anno 1688, Tauruno expugnato, spem excitare voluisset de Constantinopoli quoque expugnanda.

1. *Fieri hoc potest.*) Non est impossibile; idque invicta & felicia hucusque Caesaris Gloriosissimi arma facile promittunt.
2. *Et jam factum est.*) Anno nimirum 1453, mense Aprili, a Mahomete II; quo tempore Constantinopolis multo munitior fuit quam hodie, & tamen ab eodem Imperatore Turcico quinquaginta dierum spatio obsessa est & expugnata.

3. *Inter*

- 3.) Inter Taurunum & ipsam Constantinopolim nullum reperitur propugnaculum valde munitum. Vires Turcarum multum jam sunt infracta; gliscuntq; tumultus varii ac rebelliones in Asia.
- 4.) Adsunt subsidia satis valida, ratione fœderis inter S. C. Majestatem, Regem Poloniae & Rempub. Venetam. Summus etiam Pontifex argenteis subveniet armis.
- 5.) Neq; desperandum de divina gratia; quæ ut hæctenus, ita porro justæ causæ præsto erit.

Quid est Metus?

Est affectus, quo de malo nobis imminente anxie sumus solliciti, & ab exspectatione ejus affligimur.

Quomodo excitatur Metus?

Si (1) Periculum objicitur, ejusq; magnitudo exaggeratur, (2) si imminere, vel adesse illud, ex certis signis per hypotyposin ostenditur; & (3) Exempla aliorum similia passorum afferuntur.

Exem-

atim.

Constantinop
e alium valde
multum jam
litus variis

ratione sa-
Regem Po-
mum etiam
is.

atitia; que
fuisse prae-
sto

alo nobis
illiciti, &
imur.

Metus?

ur, ejusq;

2) si im-

ex certis

ostendatur

familia pal-

Exem-

in. 1774 x VIII cap. II. c. 205 [99]

D
Alloq

1.) ER
exerc

pyrote

undig

eam e

dition

2.) EIC

& se

Vien

pla,

civiu

wirg

qua

grass

unde

salus

3.) Ex

tot c

nia a

jora

tabi

Exemplum.

Alloquium ad Obsessos in urbe,
ut se dedant.

- 1.) Est jam Hannibal ante portas, immenso exercitu formidabilis, & globis instructus pyrotechnicis, quibus urbem vel infestabit undiq; & flammis delebit, vel impetu facto eam expugnabit, nisi secundum oblatas condiciones deditiorem feceritis.
- 2.) Ecce tormenta aggeribus jam invehuntur, & scale suburbii mœnibus admoventur. Videre jam nunc videor conflagrancia templa, curiam aedesq; ceteras solo aequatas, civium caedes ac lanienas, matronarum & virginum constuprationes, aliaq; mala, quæ in urbibus vel expugnatis vel incensis grassari solent. Ecquid ergo cessatis, aut unde sperabitis suppetias? Ipsa, si velit, salus vos servare non poterit!
- 3.) Exhorrescite hostis iram, quæ tot urbes, tot castella & munimenta, partim in vicinia adhuc fumantia, redegit in cineres; majora & graviora certo passuri, nisi prope-
rabitis deditiorem!

E

Quid

Quid est Æmulatio?

Est affectus, quo ad Virtutes aliorum imitandas vel superandas accendimur.

Sive: Æmulatio est animi commotio ob bona mentis honorata, quæ pares similesve assecuti videntur; non quod ea aliis adsint, sed quia nos iis careamus.

Quomodo excitatur Æmulatio?

Si ostendas (1) hominibus paribus aut similibus adesse bona, (a) quibus jure debeatur honos, qualia sunt *Virtus ac Eruditio*; vel (b) saltem illa, per quæ de amicis, propinquis, aliisque bene mereri possint, ut sunt, *Magistratus, aliq. splendida Officia, Divitiæ, Bibliotheca instructissima &c.* (2) Si ostendas, illum, ad quem loqueris, parium aut majorum bonorum capacem, iisque dignum esse. (3) Si proponas Exempla

rim.

io?

ures alio
andas ac

mi com-
onorata,
i viden-
nt, sed

ulatio?

ous pari-
ona, (a)
s, gratia
rel (b) fal-
cis, pro-
i possint,
plendi-
thea in-
tendas, il-
arium aut
cem, nisc
onas Exem-
pl-

p. Antononafiam s. p. Signat
Görlingen

D
pla Pare
rum, a
ronum,
nunc a
celebre

Si quis
hovt
vis a

Dicat i
(aut p
tam s
Dicit

tem a
acqui
bi pr
tulo o
etiam
prim,

- 2) Ac te
- reren
- 3) Beat
- atate
- tunt.

pla Parentum, Majorum, Cognatorum, aliorumque præstantium Virorum, quorum laudes a vivis etiam nunc aut jam defunctis Scriptoribus celebrentur.

Exemplum.

Si quis Jurisprudentia studiosum hortari velit, ut Gradum Doctoris ambiat.

Dicat 1:) *Audio, duos vel tres victores (aut populares) tuos, qui eodem anno vitam ingressi sunt Academicam, Gradum Doctoris petituros esse, sibiq; (a) Virtutem ac Eruditionem tantis præmiis dignam acquisivisse. Hanc vero ab illis palmam tibi præripere poteris? (b) Si illi Doctoris titulo ornati in patriam citius revertentur, etiam honorifica sparta ac divite Martha prius, quam tu, poterint?*

2) *Ac te tamen illis eruditione minime inferioriorem percipio.*

3) *Beatus parens tuus, hujusq; frater, eadem ætate ad honorem illum feliciter aspiraverunt.*

E 2

Ecquid

Ecquid in antiquam virtutem animosq;
viriles

& Pater Aeneas & avunculus excitat He-
ctor?

Seqvaris ergo consilium meum, illudq; Plu-
tarchi monitum: Nemo vehementer a-
mat virtutem, nisi recte ab aliis facto-
rum ardeat æmulatione Addatur Ep.
Plin. 7. Lib. III, circa finem.

Qui Affectus magis proprii sunt
Generi Judiciali?

Quoniam huc pertinent Oratio-
 nes Invektivæ, Accusatorix, Objur-
 gatorix, Defensorix, Deprecato-
 rix &c. locum hîc maxime inve-
 niunt Ira, Lenitas, Misericordia,
 Pudor &c.

Quid est Ira?

Est affectus, quo contemptum aut
 injuriam nobis nostrisve illatam vin-
 dicare nitimur.

Quo-

latim.

em animu

excitat Ho

illud, Ple

ementer a

liis facto

atur Ep.

rū sunt

Oratio

, Obiur.

eprecato

ne inve

ricordia,

atum aut

atam vin

Quo

L
Q
Si d
quam
contu
agger
milli a
laforun
(s) add
tioner

Ex i. S
to a
ten
gan
lit
ver
Da
Jam ege
lis d
re v
Detulim
sed se

Quomodo movetur Ira?

Si demonstres (1) Personæ, ad quam loqueris, despectionem & contumeliam esse illatam; (2) si exaggeres contemptus aut criminis admissi atrocitatem, (3) Innocentiam læsorum, (4) Malitiam lædentis. Si (5) addas hortationem & inflammationem ad bonæ causæ vindictam.

Exemplum.

Ex 1. Sam. XXV, ubi David e deserto ad Nabalem, hominem aivitem, ablegat juvenes decem, rogans, ut mittat sibi suisq; commilitonibus cibum ac potum. Nabal vero id recusat, dicens: Quis est David? Quis est filius Isai? &c.

Jam ergo si reversus unus ex juvenibus illis decem in Davidis animo Iram excitare vellet, dicere posset:

Detulimus, Rex, mandata tua ad Nabalem: sed surdo narravimus fabulam.

Despectio & Contemptus.) Nabal petito nostro abnuit, tibiq; ac servis tuis cibum ac potum omnem denegavit.

Criminis admissi atrocitas.) O injuriam, O immiserordiam! quam contumeliosius præterea dictis cumulavit. Qvis ille, dixit, homuncio? Qvis servus ille fugitivus? Increverunt hodie servi, qui fugiunt a dominis suis! *Ec. v. 10. 11.*

Innocentia laforum.) Nunc ergo nos miseri fame peribimus, tamq; ignobili cademus morte; tuq; imprimis Rex, jam unctè Domini, qui ob furorem Saulis, nihil tale meritus, fugere coactus es in desertum?

Malitia ladentis.) Siccine Nabal subditus veneratur Dominum ac Regem suum? Homo adeo dives, qui facile mittere posset victum; & cujus consortibus tu benefecisti? *v. 7. 21.* Itane malum reddit pro bono bipedum ingratisimus?

Hortatio ad vindictam.) Veni ergo, Rex, & sume ultionem! Accingantur gladii milites *Ec. v. 13.*

Qvid

etno.

Tabal petit
in cibum ut

O injusti-
am contru-
sit. Quis
us ille su-
i, qui su-
l.

o non mi-
bili cade-
tam unde
nihil tale
ertum?

abal substi-
tem suam?
ere possit
enefecisti?
o bono bi-

temi ergo,
gantur gla-

Quid?

D

Est a
datio in

Quom

Mo

quales

Sacror

pore o

excuse

esse fac

malo

incog

aut al

(4) si

depre

nem p

Cleme

rorum

comm

Quid est Lenitas?

Est affectus Iræ contrarius, *sive* sedatio iræ.

Quomodo affectus hic movetur?

Movetur (1) a Personis idoneis, quales sunt Juvenes, Feminae, Senes, Sacrorum antistites &c. (2) Tempore opportuno; (3) si factum vel excuseretur, & ostendatur, plane non esse factum, aut non factum animo malo; neque ex contemptu, sed ex incogitantia quadam, ætate juvenili, aut alterius instinctu & culpa; vel (4) si factum ingenuè confiteamur, deprecemur, vitæque emendationem polliceamur; (5) denique si Clementiam & Lenitatem, ut Virorum magnorum ornamentum, commendemus.

E 4 Exem-

Exemplum.

Abigail, Nabalis uxor, in animo Davidis irati excitat Lenitatem.

1. Sam. XXV.

1. *Persona Femina.*) Procumbo in pedes, & oro, Rex, ut audias ancillam &c. v. 24.
2. *Tempus opportunum.*) Veni ergo hac properanter v. 18. & 34. ut occurrerem iræ tuæ, merito adversus maritum meum concepta.
3. & 4. *Facti excusatio & Deprecatio.*) (a) Contentum hunc, Rex, tanti non aestimes, cum proveniat a viro stolido; v. 25. Adeoq; homini insania magis quam malitia crimen hoc tribuas! (b) Factum id est me absente & inscia: si domi fuisset, minime factum fuisset. v. eod. (c) En accipe nunc desiderata munera v. 27; non ut in regiam clementiam demereri posse videar, quæ sublimior est omnibus copiis & fortunis; sed ut tester, quod neutiquam probem flagitium mariti.
- 5.) Accipe, inquam, & ignosce! Nulla virtute Reges Deo fiunt similiores, quam Clementia.

Quid

atim.

in animo
nitatem.

io in pedes,
&c. v. 24.
si ergo huc
(arem ira
icium con-

recatio)
si non alio
ido; v. 25.
quam mali-
actum id est
fuissem, mi-
) En accipe
non ut in re-
osse videar,
& fortu-
quam probem
! Nulla vir-
es, quam

Quia

D

Q

Est d
tunam
gnum

Q

Si (1
mitur
natur
dem et
lo indi
cumt
ris, Ca
datur
ritorum
moque
magis
tem?
ris felie
te; (4
hunc

Quid est Misericordia?

Est dolor ob adversam alterius fortunam, qua eum putamus indignum esse.

Quomodo movemus Misericordiam?

Si (1) magnitudo mali, quo premitur persona, de qua loqueris, ponatur ob oculos. (2) Si dicatur, eandem esse innocentem, tantoque malo indignam; ubi attendantur Circumstantiæ Personæ, Loci, Temporis, Causæ, Modi, Finis &c. Et addatur: Si hominum fontium ac meritorum supplicia tristi oculo animoque adspicere debemus; quanto magis hominis innocentis calamitatem? (3) Si instituat collatio prioris felicitatis cum præsentis calamitate; (4) si demonstretur, affectum hunc personæ miseranti laudi futurum,

E 5 rum,

rum, ipsiqve a Deo certò expectandam remunerationem.

Exemplum excitanda Misericordie in animo Vxoris Jobi, erga maritum afflictissimum.

- 1) Exaggeretur malorum magnitudo & multitudo ex Libri Job Cap. I. & II, quæ sunt, excidium pecorum & filiorum suorum, paupertas, morborum ilias &c.
- 2) Premitur his malis maritus tuus indignus, (a) ratione Personæ; Deo firmiter semper adhesit; per justitiam bonos a malo defendit; fuit clementia & patientie illustre speculum. Horum tu testis es conscia & domestica. (b) Ratione Finis: adeoq; calamitatem hanc magis ex occulto Dei iudicio, quam notoria criminum culpa patitur. Amplif. de mirandis Dei viis, quibus suos ducere solet. Addatur: Si hominum fontium ac meritorum supplicia tristi oculo animoq; adspicere debemus; quanto magis viri tam sancti ac meliora meriti?
- 3) Conferatur prioris felicitatis status cum præsentis, ex Loco Oppositorum: Antea pollebat liberorum, pecorum, bonorum
omnium

sim.

expectan-

disericor-
bi, erga

ado & mol-
que sunt,
um, pau-

indignus,
miter sem-
a mala de-
stie illustre
confesa &
adeoq; ca-
Dei judi-
pa patitur.
, quibus
i hominum
tristi oculis
anto magis
iti?
status cum
tum: Antea
, bonorum
omnium

Luigi, ...

D

omni
nunc
vit p
fiba
afflu

4) Ma
rio i
junct
tum
pior

Qv
& Mi
sunt in
jungi c
diciali

adduc
& Pr
ne am
tum e
fin. Li

[Hic
Ep
P.

Est
teritis

omnium abundantia, firma valetudine;
nunc cunctis hisce orbatu in extrema vi-
vit paupertate, & cum desperatissima con-
flictatur valetudine. Adeoq, mille modis
afflicto non est addenda afflictio major.

4) *Moneatur Vxor, ut Officii sui (quo ma-
rito in adversis æque ac secundis rebus con-
iuncta esse debet) memor misericordie affe-
ctum induat, ipsi apud Deum hominesq,
pios laudi futurum.*

Quando vero in iudicio affectus Lenitatis
& Misericordie pro homine reo excitandi
sunt in animis iudicum, tunc Locis hisce
jungi quoque possunt supra in Statu Juri-
dicali, cum ageremus de Deprecatione,
adducti, ab Ætate, Bene meritis, Familie
& Propinqvorum dignitate, Intercessio-
ne amicorum &c. ubi & Exemplum alla-
tum est de Philota apud Curtium versus
fin. Lib. VI. & init. VII.

[Hic autem imprimis conferatur Cicero in
Epilogis Orationum pro L. Muræna, pro
P. Quinctio & L. Flacco.]

Quid est Pudor?

Est animi commotio ex malis præ-
teritis, vel etiam præsentibus aut fu-

turis, quæ existimationem offendere videntur. *Sive* brevius: Est metus infamiæ.

Quomodo movetur Pudor?

Si (1) factum turpe objicitur; si (2) dicitur, nos de eo, qui fecit, meliora omnia sperasse; ejusque existimationem isto ex facto periclitari: si (3) ostenditur, eos, quos habeat in pretio, & qui hactenus illum magni fecerint, turpiter offensos esse; & (4) magnum inde opprobrium ac dedecus ipsi oriturum.

Exemplum.

Allocutio ad studiosum Veneri & Baccho deditum.

- 1) *Annon pudet in Academia, castissimarum Musarum & Apollinis templo, turpi Veneri & Baccho navare operam?*
- 2) *Vita tua domi pie ac temperanter acta, meliora pollicebatur omnia. Nunc vero quam tristes ac fœdi rumores ex spe illa de te concepta nos deturbant?*

3) *E pa-*

atim.

offendere
Est meus

udor?

icitur; si
ecit, me-
e existi-
ditari: si
abeat in
n magni
esse; &
orium ac

eneri &

castissima-
emplo, turpi
ram?
eranter affa-
Nunc vero
s ex spe illa de

3) E po

De

3) E pat
rentibus
trous t
broja g
4) Ecqua
te man
rum ac
jadura
contem

In Ger
tibu
tur
Em
post
Rei
Rar
Ma

Quomo

Modis
affectus

- 3) *E patria discedens longe aliud Deo, parentibus, propinquis, preceptoribus ac patronis tuis promisisti; quos vita tam probrosa graviter nunc offendis.*
- 4) *Ecquæ, si hoc itinere perrexeris, premia te manebunt? Nulla certe, quam beneficiorum ac suntuum hæctenus suppeditarum jactura, gravis & incommoda valetudo, contentus ac sempiterna nominis infamia.*

In Genere Doctrinali, ubi de variis artibus & scientiis sermo est, excitantur quandoque affectus Amoris, Odii, Æmulationis, Admirationis &c. quæ postrema passio exaggerat Artis sive Rei, de qua loqueris, Novitatem, Raritatem, Pretium, Utilitatem, Magnitudinem &c.

Quomodo sedantur affectus isti omnes?

Modis contrariis; vel movendo affectus contrarios.

